¶ Consequenter queritur pone episcopus Bonoñ. excommunicauit subditum mutineñ.non sibi subditum ratione cōtractus vel delicti mutineñ.episcopus ratam habet excommunicationis sententiam.Nunquid reconualescit ratihabitione sequuta.Apparet ꝙ recōualescat per.c.Lugduneñ.ix.q.ij.vbi reconualescit ratihabitione ordinario facta de non subdito:etiam sententia que est

42 nulla†ratihabitione reconualescit.iij.q.vj. hoc quippe.lxiij.distinctio.salonitane.sic adoptio,de electio.ꝙ sicut.Facit institu. de testa.ſ.sed si quis.ff.rem ra.habe.l.iij.ſ.falsus.In contrariuz probatur.Nam sententia lata a non suo iudice nulla est.xj.questio.j. in clericorum.de consuetu.ad nostram.C.si non a compe.l.vlti.Et sentencia que est nulla tractu temporis non firmatur, vt regula, non firmatur.de reg.iur.lib.vj.ꝛ regula,quod ab initio.ff.eo.titu. Item quod meo nomine gestum non est ratum habere non possum.ff.de nego.gest.l.si pupilli.ſ.sed si ego.ꝛ.l.pompeius.eo.titu. ꝛ regula ratum.de regu.iur.lib.vj.Solu.Joan.in.c.nullus.ix.questione.ij.hanc partem etiam tenet in alīs sententijs quam excōmunicationis cum tales actus requirātur in limitibus expeditionis iuris solennia: que si omittantur a principio sunt nulla.et sic expostfacto validari non possunt,vt in iuribus statim allegatis. Secus in his que habent plus facti quam iuris.ꝛ que pendent ex alieno consensu.vt contractus.et similia.Nec obstat huic.c. quippe.iij.questione.vj.et.c.in primis.ij.questione prima.quia loquun

43 tur in papa†qui habet plenitudinem potestatis.Hanc opinionē tenet Barto. brix.in questionibus suis et est venerealis.ꝛ incipit. Episcopus Mutineñ.dicit tamen qō Tancre.sibi respondit ꝙ si nomine proprio tulit sententiam excommunicationis quod tunc ratihabitione conualescit qua ratihabitio retrotrahitur.vt regula,ratihabitio.de regu.iuris.libro.vj.cum similibus.Ipse tamen hoc non credit in sententia excommunicationis que lata pure stat tim:aut valet,aut non valet,et trahit secum suam executionem,vt in.c.pastoralis.de appel.Hoc idem tenet Laurentius in dicto.c. nullus.vbi est glo.Hoc idem tenet Innocen.in.c. prudentiam.ſ. sexta.de offi.deleg.Ego puto hanc opinionem veram in sententia excommunicationis lata pure a non iudice actu ꝛ habitu huius in quem lata est sententia.Et sic procedunt allegata.opinionē Tan. credo veram,vbi est lata a iudice habitu carente exercitio iurisditionis:quod exercitium pendet ex consensu illius cuius nomine excommunicat.ꝛ sic in liminibus excommunicationis non deficit nisi consensus illius in cuius euentum pendet excommunicatio, et sic habet tantam conditionem.Si etiam lata sit sententia sub cōditione expressa a penitus non iudice ꝛ conditione purificata sit ratihabitio.ꝛ sic procedunt allegata ad partem cōtrariam licet hoc

44 secundum sit magis dubiuz,quia†vbi desideratur a principio auctoritas vel iussus:approbatio sequens actum nihil operatur,vt.l. obseruare.ſ.postq̄.ff.de offi.proconsu.ꝛ lega.ꝛ.l.quod ergo.ff.de his qui no.infa.ꝛ.l.si quis mihi bona.ſ.iustum.ff.de acquiren.here.Potest dici casum procedere cum actus pure expediuntur, secus si cōditionaliter.ꝛ tunc demum valet cum interuenit solennitas.ꝛ tunc nec fit retrotractus.vt regula,rati.de reg.iur.lib.vj.per quam posset dici vt supra.

Consequenter queritur Pone quis excōmunicauit Titium sibi subditum ratione iurisditiōis ordinarie,sed ipsum excōmunicat ex potestate delegata quā non habet,ꝛ hoc exprimit vel econtra.Nunquid valet excōicatio.Aliqui volūt dicere ꝙ tenet ratēta iurisditione ordinaria quā habet,licet dixerit se procedere ex delegata quā non habet.Et est ratio nam procedere volebat licet autoritate delegata non posset,ꝛ sic tenet principale.l.processus licet nō sit qualificatus a potestate delegata,ar.l.eū.ſ.si iniuriarū.ff. de iniur.ꝛ.l.sciant.ff.ad.l.aqui.ꝛ.l.cum putarē.ff.fami.her.Itē iste error qui nō debet nec pōt impedire processum veritate post aperta.viij.di.veritate.ff.de offi.presi.l.illicitas.ſ.veritas.immo adhuc hoc tenētes ꝙ si iudex diceret volo procedere vt ordinarius ꝙ adhuc valet processus dūmodo habeat ordinariā ꝛ careat delegata ꝛ

45 hoc rationibus antedictis.Nec nocet†protestatio cum sit facto repugnans.de ap.sollicitudinem ꝛ sic prevalet factū.Confirmaꝫ qꝛ nemo abdicare potest a se iurisditionē,vt.l.legatus.ff.de offi.presi. etiaz qꝛ sic interpretatio est fiēda,vt potius valeat quā pereat.ff.de re.du.l.quoties.ff.de ver.ob.l.quoties.ꝛ eo.ti.abbate.de ver.signi. Alij dicūt contrariū in duobus casibus precedētibus per illud vulgatum,qō noluit potuit:ꝛ qō potuit noluit.de offi.dele.cum super.C.si quis alteri vel sibi.l.multū interest.i.quasi nil tam cōtrariū consensum sicut error.ff.de iur.om.iudi.l.si per errorez,ar.pro hac parte.ff.de arbit.l.sed si in seruū.ꝛ duabus.ll.precedentibus. Has duas opiniones recitat Inno.in.c.cū ex offi.de prescrip.nihil approbando.Hostiē.in secundo casu tenet hanc secundam opi.Ego crederem secundam opinio.veram ꝛ allego pro casu.c. cum super. de offi.deleg.Nam ibi voluit procedere sed noluit taliter qualiter non potuit, cum tamen aliter posset ꝛ tamen aliter non valet processus simpliciter propter defectum circa qualitatem.Nec puto vt dicunt tenentes contrariam opinio. ꝙ processus sit principale et

Source : BIU Cujas

modificatio processus sit accessionum quo ad effectum validitatis
46 vel nullitatis. Sed †inspecto fomento debet pōderari iurisditio que est validitiua processus ex suo capite ⁊ ibi pondero suppositū vtpote iurisditionem ibi pondero modificationem vt ordinariam vel delegatam licet forte sint differentie specifice iurisditionis. Si ergo processus fuit agitatus vigore iurisditionis delegate qua caruit ergo fuit defectus fomenti processus, scilicet iurisditionis delegate, ergo nullus insurgat effectus, vt. l. patrie. §. tusculanis. ff. de leg. ij. ⁊ l. generaliter. C. de epis. ⁊ cle. l. vlti. ⁊. C. de milit. test. ⁊ c. post translationem. de renun. Inducо pro casu leg. j. C. de iur. om. iudi. Ibi enim processit secūdū iurisditionem quam habuit partibus consentientibus, alias non tenuisset processus vt ibi intelligit pe. Istud confirmatur. Nam si habet vtrāq; ⁊ dicat se velle procedere vigore delegate, ⁊ sic procedant acta. Hec demōstraret validitas huius processus: in totum recipit dependentiam
47 a potestate delegata ⁊ nullaz ab ordinaria ⁊ hoc operatur †expressio voluntatis ⁊ formalitas processus ⁊ sic expressio notatis circa vnam speciem maxime vbi expresse est alterius exclusoria in totuz aliam excludit vt. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. ⁊ c. susceptum. de rescrip. lib. vj. ⁊ l. maritus. C. de procura. ⁊ l. cum prętor. ff. de iudi. ergo si illa caret secūdum illam procedet ⁊ processus erit nullus, maxime cum actualitas procedendi pendeat autoritate ⁊ consensu iudicis, ⁊ hoc maxime procedit in secundo casu cum dicit se velle procedere ex illa quam habet, sed ex alia sola quam non habet. Nec obstat quod non potest a se abdicare iurisditionem tamen potest abdicare exercitium. Hic vero abdicauit exercitium ergo processit iurisditio quam habet. Et sic videtur concludere cōtra seipsum. ⁊ ideo potest abdicare exercitium: quia potest non procedere. pro hoc induco. l. sed si in seruum. cum duabus. l. precedentibus. ff. de arbi. induco. l. vnā cum ibi no. C. qui pro sua iurisditione.

Consequenter queritur nunquid
48 †subditus ignorans excōmunicari possit. Apparet ꝙ non. nam tunc demum absolutio ⁊ excōmunicatio effectum inducunt cum litere sunt presentate sicut dicimus in literis transferentibus iurisditionem. C. de appel. super eo. sicut in legibus. iij. leges. In contrarium probatur per. l. eius qui. ff. si cer. pe. ibi, status sui ignarus ⁊c. Sol. super hoc variarunt antiqui patres iuris. Aliqui dicunt qō tunc excōicatus est cum scit ⁊ ante nō. Et hec fuit opinio Joan. ij. q. v. quanto. vbi est glo. Bart. brix. tenet contrarium quod sentire videtur Ber. in. c. apostolice. de cle. excom. mini. ⁊ ibi glo. Hic pondero attendendam differentiam. An videlicet loquamur de sententia excōmunicationis lata a canone an ab homine. Primo casu ignorans canonem fulminantem excōmunicationis sententiā excōmunicatur ⁊ hoc clarum cum lex infligat penam illam pro delicto: scit tamē factum nec excusat ipsum ignorantia iuris. in. c. j. de consti. ⁊ l. leges. C. de legi. ⁊ incidit in factū iam damnatū. vt. xxiij. q. j. c. j. ij. ⁊. iij. Si autē loquamur de sentētia lata ab homine, tunc aut loquimur de sentētia lata ex potestate clauiuz que cōpetit cuilibet sacerdoti curam habenti vt. s. deduxi. ⁊ tenet in. c. cum sit. de app. ⁊ c. de manifesta. ij. q. j. ⁊ ibi glo. aut loquimur de sententia lata ex potestate iurisditionis contentiose, ⁊ tunc cum ibi requirat trina monitio iudiciaria. xij. q. ij. indigne. de sen. excō. sacro. Item
49 dico ignorantem †nō ligatum quo ad deum si iniuste alis excōmunicaretur, qz tunc alias sciēs non contemnēs, vt. c. a nobis. de sen. excō. Quo aūt ad ecclesiam militantē dico ipsum ligatum attento vinculo, non aūt attento omnimodo effectu inutili: distingue tamen inter omnino occultū qui non potest conuinci nec ipsum remordet conscientia nec alios penitus ignorantes. Nam tunc tales excusantur in iudicio ⁊ extra. Nam valent agitata per eum. etiam valēt que fiūt de ipso tempore medio vbi sunt actus qui nullo modo sunt cadibiles in excōicatum. vt electio etiam que competit nō ratione publici officij sed priuati interesse vel passiue, vt. c. cū dilectus. de cōsue. ⁊ c. inter dilectos. ⁊ no. in illo eo. tit. Sed si posset cōuinci cum nō est publice lata, tūc allegari potest probabilis ignorātia. Si tamen scit reus est apud deum vbi iuste excōmunicatus sit.
50 de sen. excō. a nobis de coha. cle. ⁊ muli. c. fi. si tamen moriatur †antequam sciat se ligatum liber est apud deū ex capite vinculi: iz sit ligatus apud ecclesiā militantē. ⁊ tenetur excōicato ipsum absoluere post mortem dummodo apparuerint signa contritionis de illo peccato pro quo fuit excōicatus. xj. q. iij. nemo.

Summarium.

1 Excommunicatio pro quibus causis feratur.
2 Charitas sicut iungit deo, sic peccatum separat ab eodem.
3 Participās excōicato mortuo an incurrat minorē excōicationē. 4
5 Sententia canonis omnes astringit. 10.
6 Participans excōmunicato in crimine damnato an incidat maiorem excommunicationem.
7 Papa si mandat aliquid iniustum ⁊ non obtemperantem excommunicat, nunquid consulens nō obtēperari incidat maiorem excommunicationem.
8 Ecclesia militans cum sit in potestate pape nullus cōtra ipsius mādatum debet se sacramentis immiscere.
9 Excōicatus propter participiuz in crimine an absolui debeat per excommunicantem vel eius superiorem.
11 Communicans cum excommunicato in crimine videtur delinquere contra excommunicatorem.

§. Decimus.

Restat videndum pro qui
1 bus †causis feratur excōicatio. Hinc est attendendum ꝙ varia genera excōicationū de quibus premisi supra in quarto mēbro principali variant causе propter quas fertur. Nā si loquimur de excōmunicatione maiori que separata cōione fratrum ⁊ sacramētis lata a canone. tūc propter crimen regulariter fertur, ⁊ ppter que ⁊ quot feratur tetigi. §. vbi explicaui omnes causas in quibus quis incidit excōicationis sententiam ipso iure quorū quidā sunt expressi iure veteri. Host. enumerat hec. eo. ti. in prin. Quidā per constitutiones sexti. eo. ti. li. vj. vbi gl. Nos omnes supra explicaui in tertio membro principali vbi tractaui a quo ferat. Hec delata a canone ⁊ maiori. Sed aūt loquamur de minoribus licet aliquādo separat a deo tantū, ⁊ hāc inducit quodlibet peccatū mortale sine ministerio militātis ecclesie vt scribit Isaie. lv. c. iniquitates nostre diuiserūt inter nos ⁊ deū nostrū. Et no. Host. in. c. ita quorūdaz. de iude. Nā
2 †sicut charitas iungit deo vt inquit prosper in libro de vita contēplatiua, transumptiue in canone charitas cum. c. seq. de pe. dist. ij. sic peccatum separat ab eodē: aliquādo minor separata participatione sacramentorū passiua ⁊ hanc causatiue producit simplex cōicatio siue participatio cum excōicato maiori, vt. c. nuper. eo. tit. xj. q. iij. cum excōmunicato. cū multis si. ea. cau. ⁊. q. licet aliqui sint in hoc priuilegiati a canone vt participantes simplici participio nō incidāt in canonem qui multos. xj. q. iij. ⁊ c. inter alia. eo. ti. in auk. hoc simplex participiū inducat mortale. Cōtentio fuit antiquorū patrum iuris que no. in. c. sacris. qō me. cau. an autem sit aliqō simplex participium qō maiorē inducat no. in. c. significauit, eo. ti. ⁊ su
3 pra explicaui in membro minoris excōicationis: an †autem participium cum excōmunicato mortuo inducat minorem excōmunicationem Ber. tenet ꝙ sic. Nam cui non cōmunicamus viuo, nec cōmunicare debemus mortuo. xxiij. q. ij. c. j. ⁊. iij. de sepul. sacro. hoc no. in. c. ad hoc. de excess. prela. vbi hoc idē tenet Ala. Phi. Host. tamen contrariū tenet ⁊ mouet ex eo qz homo mortuus nō est homo nisi equiuoce, ⁊ iura disponūt de cōicantibus cum homine excōmunicato. ergo ⁊c. Confirmat. nā cuz homine mortuo nulla est cōmunio, cum omnino recipiat reciprocam vnionē: qō verbū significat. Item iure hoc nō reperitur expressum non ergo extēdamus legem qō non est nostrum. ff. so. ma. l. si vero. §. de viro.

Confirmatur in certis casibus. speciale est ꝙ aliqō contingēs in fauorem excōicati mortui fit excōicatus, vt in. c. ij. j. respō. de here. li. vj. ⁊ in cle. eos. de sepul. ergo in alijs in contrariū disponit ius cōe, vt. l. ius singulare. ff. de le. ⁊. l. j. ff. ad muni. Do. me. legendo. c.
4 ad hoc. distinguebat modū cōicandi excōicato mortuo †an videlicet quis cōicat ei faciendo, aut lauando, radēdo vel quid simile faciendo: ⁊ dicebat tūc ipsum excōicatum: aut participat nil fauoris impartiendo vtputa ipsum salutando vocando vel aliter alloquēdo, ⁊ tunc dicebat tunc ipsum excōicatum ⁊ nihil allegabat: nec video qō ipsum monere potuerit. nam vt dixi iura hanc penā infligunt cōicantibus ⁊ explicāt actus excōicationū p quorū singulos si discurras nullus coaptatur mortuo. immo talis est cōio cum mortuo qualis cum lapide vel alia re inanimata cum non sit reciproca viuo que venit ex significato verbi: aliquos tamen actus attēptatos in mortuo excōmunicato iura puniūt hac pena vt iuribus statim allegatis. ⁊ illud speciale, vt dixi. nō recederē ergo ab opi. Host. nisi in casibus expressis a iure. hec aūt cōmunio est propter quā ligatur participans nedū subditus ligantis, immo ⁊ quilibet extraneus. Et est ratio quia hec est lata a canone nō autem ab excō-
5 municante maiori. ⁊ canon †omnes astringit, vt. c. j. de constit. l. leges. C. de legi. ⁊, l. constitutiones. C. de iur. ⁊ fac. igno. Et hec procedunt in simplici communione ⁊ participio. Nam participiuz in crimine inducit maiorem, vt. c. si concubine. eod. tit. Ubi sciendu ꝙ aliquando quis communicat crimini ⁊ non criminoso ⁊ tale participium non inducit maiorem excommunicationē ex capite participij. Tolle exemplum: tu es excommunicatus: quia celebrasti in loco interdicto. ego postea celebro in eodem loco non celebrando, tecum participo in crimine non tamen criminoso. Non sum excōmunicatus propter participium sed propter crimē tantum.

aliquando

Source : BIU Cujas

aliquando quis cõicat criminoso non tamen in crimine: tunc incidit minorẽ, vt supra tactũ est. aliquando participat quis in crimine & criminoso non tamen crimine damnato.

Tolle exemplum tu es excõmunicatus: quia cognouisti mulierem excõmunicatam, propter furtum non incidas maiorem: quia propter crimen in quo cõmunicas non fuit excõmunicata. aliquando
6 participat † excõmunicato in crimine damnato, tunc incidit maiorem, vt. c. si concubine. & tunc expedit q excõmunicetur cum primo excõmunicato, nec sufficit ad ipsam contrahendam q participet cum excõmunicato propter participiũ in crimine damnato et criminoso. Tolle exemplũ cum clericus es excõmunicatus: quia cognouisti mulierẽ ego post cognosco dictam mulierem excõmunicatam propter participium non incido excõmunicationem, infertur ergo qõ ad hoc q quis incidat excõmunicationem maiorez propter participiũ in crimine q cõmunicet criminoso in crimine damnato. predicta notauerunt Vincen. & Phili. in capi. nuper. de senten. excõmunicatio. fateor tamen q si quis excõmunicetur iniuste propter actũ non damnatũ vtpote si mandat mihi ordinarius q libros meos tradam Titio & sine causa iustificante mandatum q licet quis cõmunicet cũ tali eidem consulendo q non tradat q postea non est excõmunicatus maiori, licet mandatarius sit excõmunicatus, et consulens cõmunicet in ea propter quod dãnatus est. Et est ratio quia non participat in crimine cũ ibi non sit crimen, immo peccat mandans, sed solum incidit minorẽ. vt not. Innocen. in. c. inquisitioni. eod. titu. Hostien. tenet ibi q nec forte minorẽ incurrit dũmodo alꝰ non excedat. de clerico. excõ. minis tran. proposuit. de exceptio. cũ inter. & hoc cuz aliquid mandatur iniustũ erat ab inferiori a papa. Sed in dubiũ reuocatur quid si pa
7 pa † mandat aliquid iniustũ & non obtemperantez excõmunicat. Nunquid consulens si non obtẽperaret mandato papali incidat maiorẽ: hic attendendũ. q aliquando papa mandat personis ecclesiasticis vel secularibus super rebus tamen spiritualibus, et tũc semper est obtemperandũ licet sit ꝯdurũ q nemini liceat disputare nec iudicare de ipsius factis. ix. q. iij. cuncta. & c. per principalem, nisi mandatũ suũ saperet heresim. xl. distinctio. si papa. vel nisi ex mandato suo iniusto sequeretur perturbatio ecclesie & hoc verisimiliter posset vel exinde mala sequi possent, tunc enim peccarent obediendo, cum peccata precauere debeant futura. Ita no. Inno. in. c. proposuit. de cleri. excõ. mini. de vo. c. magne.

Primo casu crederem consulen- tem ne adimpleret mandatũ fore excõmunicatũ, secundo casu nõ Si autẽ papa mandat aliquid iniustũ circa tẽporalia & personis secularibus vel tenentibus a papa. Nec est de iurisditione sua ratione persone vel loci tunc non tenetur obedire: tamen si ipsum propter inobedientiam excõmunicat debet reuerenter seruare excõ
8 municationem, quia † cum ecclesia militans sit in ipsius potestate nullus cõtra ipsius mandatũ debet se sacramẽtis immiscere. de hereti. ad abolendã. Et ad sic notata respondet Innocen. & Hostien. in. c. inquisitionis. eod. titu. Infertur ergo q ad hoc quod excõmunicatio maior feratur contra aliquem a canone propter criminis participiũ q participet cũ criminoso & in crimine dãnato: & cũ excõmunicato principaliter. Non aũt secundario propter cõmunionẽ actus dãnati vt patet per predicta. Hic aũt excõmunicatio lata a canone ligat non subditum excõmunicantis. Tenet tamen Ber. in. c. nuper. eod. tit. in glo. tunc erit: quod talis sit ligatus sententia hominis. Nec mirũ si ligatur ab homine: quia cõmunicando cum excõmunicato in crimine dãnato delinquit contra excommunicatorez & sic ratione delicti efficitur de suo foro & sic ligabilis. de fo. compe. c. fi. de rap. c. j. C. vbi de cri. agi opor. l. j. Etiã quia incidit in factũ iam damnatũ et sic sententia transit ad eum per tale participiũ vt. c. si concubine. eod. tit. Si. de immuni. ecclesie. aduersus. vbi succedit in vitium & hic accidit crimen ergo eadẽ lepra qua ille iste punitur. j. q. j. cito turpem. Nec est necesse quod cõtra tales noua feratur sententia. xxiij. q. j. c. j. ij. & iij. Ista opi. probari & fundari videtur per text. decre. nuper. ver. in primo. Nam ibi dicit qõ
9 † excõmunicatus propter participiũ in crimine, absolui debet per excõmunicantẽ vel eius superiorẽ, ergo fuit ligatus sententia sua non autem canonis. cum tunc proprius ordinarius posset absoluere cum papa non reseruet sibi, vt dicto. c. nuper. sic in. c. quanto. eod. titu. xvj. q. iij. si quis suadente. Innocen. & Hostien. in dicto c. nuper. tenent q talis cõmunicans in crimine sit ligatus sententia canonis non hominis, & hec sunt diuersa. Nam secundum opi. glo. si excõmunicans cõmunicaret excommunicato non incideret quia sententia propria ligari non potest: secundum aliorum opinio. bene: quia non esset propria sed canonis. item ſm opini. glo. si quis cõmunicaret extra territoriũ excõmunicantis non incideret, quia ius dicenti extra territoriũ &c. vt. l. extra territoriũ. ff. de iurisdom. iudi. & c. ij. de constitu. libro. vj. Secundũ aliorũ opi. sic cum fit
10 sententia canonis † que omnes astringat de constitu. c. j. Hec sententia est vera scilicet q communicans in crimine criminoso sit ligatus sententia canonis non hominis, & probari videtur per tex. decre. nuper. Nã dicit ibi tex. q talis debet absolui per excõmunicatorem vel superiorẽ excõmunicantis in hoc q dicit superiorẽ excommunicãtis necessario intelligi oportet cũ ipse excõmunicans ligatus sit in cõmunicando cũ eo de ligato autẽ non potest intelligi cũ ipse non possit conqueri coram metropolitano de episcopo: quia non excõmunicauit: nõ ergo de ipso querelã proponere potest: intelligitur ergo de excõmunicante ligato: propter participium autẽ ipse ligari non potest sententia propria. ff. de arbi. l. pe. ergo fuit sententia canonis.

Est tamen absolutio ab hac excõmunicatiõe reseruata excõicanti. per decre. nuper. & sic speciale: & ratio specialitatis est qz † cõicans cum eo in crimine videtur delinquere contra
11 excõicatorẽ. & sic sibi deferẽ vt absoluere possit, & si ibi nõ possit: qz ipsemet ligatur per participiũ, tunc superior excõmunicãtis absoluit, vt ibi dicit tex. Et hanc opi. tenet Rayn. in sum. eod. titu. & hanc etiam tenet Joan. mona. & Archidi. in. c. statuimus. eod. tit. libro. vj. & ibi etiam. d. Joan. and. in. c. nuper. post Innocẽ. Hostiẽ. Bof. tenuit cum Ber. Aliqui inter hos distinguunt inter cõmunicantez simplici quolibet participio vt talis sit ligatus a canone. & inter participantẽ in crimine, & talis sit ligatus sententia hominis. Credo indistincte & quolibet participio cõmunicantẽ ligatuz sententia canonis per supradicta. fateor tamen q si cõmunicans excommunicet aliquẽ vt omnes prebentes auxilium & consilium eidem tunc cõmunicantes in crimine incidunt sententiã hominis Si cõmunicantes sint subditi & cõmunicent intra territoriuz excõmunicantis cõmunicans autem extra territoriũ & ipsemet cõmunicans sunt ligati sentẽtia canonis. Ex his infertur qualiter participiũ est causa propter quã fertur minor excõicatio & etiaz maior & vtraq; a canone vt. ſ. tactum est.

Summarium.

1 Excõmunicatio minor propter quid feratur.

§. Undecimus.

Restat videre ppter quid feratur † excõicatio minor que aliquãdo separat a cõmunione fideliũ & non sacramentorum illa fertur propter causas quas canon exprimit, et canones sunt specialiter hoc exprimẽtes. j. q. iij. in loco. xvij. distin. placuit. xxiij. distin. quorũdam. lvij. si quis. & hac excõmunicatione ligantur quandoq; iudei. de deci. c. de terris. de iude. post miserabilem.

Summarium.

1 Excõicatio maior ab homine propter quid incurritur.
2 Moniti si emẽdare noluerint excõicantur pro crimine.
Gremium redire volentibus non claudit ecclesia.
3 Contumacia est causa immediata propter quam fertur excõmunicatio maior ab homine.
4 Contumacia quandoq; ortũ habet aliunde q̃ a crimine.

§. Duodecimus.

Restat videre ppter quid feratur excõicatio maior ab homine. Hic † attẽdẽdum est q excõmunicatio que fertur ab homine immediatũ habet ortum a contumacia. Hec probãtur. xj. q. iij. nemo episcoporũ. in fi. ij. q. j. nemo. xlij. distin. si illud. xxiij. q. iij. tam sacerdos. Hanc sententiã tenuit Hugo. ij. q. j. nemo. Hanc tenuit Inno. in. c. ex parte lo. j. de verb. sig. & Archid. in. c. pia. de excep. libro. vj. Joan. tamen tenuit q aliquando pro crimine feratur ab homine & mouet per canones qui hoc exprimunt. xvj. q. j. alia. xxij. q. j. predicatio. xlvij. distin. accusatores. de re iudi. ad apostolice. libro. vj. Hoc notauit Joã. xj. q. iij. certum. & c. nemo. ea. cã & q. Bart. ibi contra. & hec opinio est vera de iure. & probatur per tex. statim allegatum. Probatur per. c. j. eo. tit. lib. vj. & per. c. sacro. eo. tit. Ad iura per Joan. and. allegata. Re-
2 spondetur q intelliguntur q pro † crimine excommunicantur si moniti emendare noluerint. Hinc est q dicit Innocen. in dicto. c. ex parte. q nemo potest excommunicari pro crimine si corrigi voluerit ergo &c. Hoc probat text. in cano. sed illud. xlv. distinctione. ibi, post correptionem &c. ergo est opus monitione et sic propter contumaciam a canone. Nam canon monet inhibendo et

Source : BIU Cujas

sic non est opus monitione. Alia hominis immo contra faciendo incidit: & sic commissio criminis hoc immediate operatur. in sententia autem ferenda ab homine propter crimen iam commissum est opus monitione vt quis se corrigat. Nam ecclesia non claudit gremium redire volentibus vt.c.super eo.de hereti.lib.vj. ideo est opus monitione vt redeant & sic cõtumacia moniti redire nolẽtis hoc operatur, qõ in sententia canonis non procedit, cum canon inhibeat committenti et damnet committentem et hoc procedit tam in canone generali q̃ speciali, vt.c.ij.de constitu.libro.vj. &
3 c.a nobis.de sen.excom.infertur q̃ †cõtumacia est immediata causa propter quam fertur excõmunicatio maior ab homine.

Et tamen hic attendendum q̃ hic excommunicatio licet sit causa propter quam fertur, tamẽ ipsa contumacia habet aliquãdo ortum a crimine, aliquando aliunde. Si habet ortum a crimine. i.a speciali criminis inhibitione facta ab homine: & tunc non est opus monitione super emendatione criminis iam cõmissi, vt incidat, vt cum monet superior aliquem ne fornicetur cum tali alias ipsum excõmunicet: tunc si contrafaciat excommunicatus est: & excommunicari potest sine alia monitione super emendatione criminis. Et est ratio quia iste vere contumax est que sola cõtumacia iustificat excõmunicationem. xj.qõ.iij.certum. & c.nemo. Aliquando contumacia habet ortum ab actu iam commisso. vt cũ quis commisit crimen super quo non erat monitus ne communicaret vel committeret. & sic nec lata nec cõminata sententia non in contrafacientem, & tunc est opus monitione, vt se corrigat, & si contumax fuerit poterit excommunicari. Et differunt he contumacie. Nã prima oritur in criminis cõmissione precedente scilicet monitione ne cõmitteret. Secunda orta est post criminis cõmissionẽ.
4 Nec nascitur cũ crimine cõmunicet. Aliquando † contumacia aliũ de habet ortum quam a crimine: vt cum excõmunicatur quis: quia non vadit ad conciliũ. v.q.ij. presenti. xvij. distinctio. si episcopus. & c.sequen. Si non prosequatur accusationem suã. iiij.q.v.c.j. Vel precipit fieri quodcunq; aliud spectans ad officium suum. vij. questio.j.frater. Iste enim contumacie non oriuntur a crimine sed aliũ de, tamen iustificant sufficienter excommunicationem. distinguitur etiam inter nudam contumaciam, impregnantem, & manifestam, et dubiam, et quia hec non differunt quo ad effectum et modum obtinende absolutionis, idcirco hic non prosequor sed tangam in.ix.membro principali vbi prosequar qualiter excommunicatio tollatur.

Summarium.

1 ☞ Excõmunicationis effectus quis sit.
2 Sacerdos suspensus a canone ante absolutionem solennem vel finitum tempus suspensionis non potest celebrare quantũcunq; peniteat.
3 Ordines an conferantur sine missa.

§.Decimustertius.

Restat videndum quinto principaliter quis sit effectus † excõmunicationis
1 Hinc est attendendum q̃ secundum varietatem specierum excommunicationis variantur effectus ipsius. Est enim excommunicatio minor lata a canone propter simplex participium huius effectus. est exclusio a sacramentorum participatione passiua, vt in.c.si celebrat. de clerico excõmuni. ministran. Et est ratio. Nam excommunicatio minor propter simplex participium est suspensio dei & canonis. per approbationem tantum, quod probatur. Nam statim cum vult penitere absoluitur a quolibet confessore, vt.c.nuper.eod. titulo. et statim potest celebrare quod non procedit in suspẽso a canone principa
2 liter. Nam † ante absolutionem solennẽ vel finitũ tps suspensionis non potest celebrare quantunq; peniteat, immo irregularitatem incurrit vt .c.j.de reiudi. lib.vj.c.j.de senten.excõmunica. libro.vj. Sed obijcies vt quis absoluatur a minori requiritur solennitas tradita a canone vt in decre.nuper, ergo est principaliter sententia canonis. Solu. illa. solennitas addita a canone, non mutat statum & naturam excommunicationis: ita notauit Innocen. in.c.si celebrat. de cleri. excõmuni. ministran. in glo. quidam sunt. Secundus effectus est quia reddit quem inhabilem ad electionem passiuam, vt in dicto.c.si celebrat. Et ibi redditur ratio. Nam si suspensus est a passiua sacramentorum participatione ad quam prelati tenentur ergo per consequens a passiua electione. Non autem repellitur a sacramentorum collatione vel actiua electione, vt ibi text. a contrario sensu. Si obijcias contra primum. si non liceat recipere ergo nec conferre, cum sibi non liceat sacramenta cõtingere. lxxxj. distinctio. c.eos. & c.minister. & c. oportet, & maxime in collatione
3 †ordinum qui non conferuntur sine missa lxxvij. distinctio. c.j. iij. & .iiij. Solu. dicunt quidam q̃ licet peccet missam celebrando, non tamen ordines conferendo. Innocen. tenet q̃ sacramenta conferendo peccet. j.questio.j.omnia. xcv. distinctio. illud exceptis permissis a iure vt est Baptismus. Sed subditi non prohibentur a collatione quo ad subditos licet ipse recipiẽdo se maculet. Hosti. dicit q̃ conferendo non participat, quia non confert principaliter ad suam vtilitatem sed aliorum: qui autem ad suam vtilitatem participat quia partẽ capit prohibetur ergo a participatione que suam vtilitatem concernit. Non autẽ a collatione que aliorum concernit vtilitatem, arg. ff. de dolo. l.j. de collu. dete. l.j. de his que fi. a ma. par. ca. quesiuit.

Summarium.

1 ☞ Suspectus est de hereſi qui per annum steterit in excommunicatione.
Separans se ab ecclesia nec recipiens cõmunionẽ hereticus est.
2 Ecclesia iuxta maternũ affectum nulli claudit gremium.
3 Agitata per iudicem publice excõicatum sunt nulla.
4 Compensans agere videtur.
5 Exceptio sola sonans nudam defensionem reseruatur excõicato.
Fideiussor excõicati an possit compensare de debito principalis.
6 Mora debitorum nocet fideiussori.
7 Fideiussor an possit soluere creditori de bonis debitoris.
Exceptio excõicationis est personalis que non impedit personã.
8 Excõmunicatus post absolutionem an poterit petere restitui ad appellandum.
9 Comparens si non defendit an contra ipsum dirigatur actio.
10 Necessarior reus nullus potest esse q̃ nolens malum prelatum.
11 Excõicatus si appellet extra iudicium nunquid audietur.
12 Jus appellati non est lesum propter negligentiam appellantis.
Appellatione deserta rata manet sententia.
13 Excõicatio superueniens impedit vires rescripti prius impetrati.
Exceptio excõicationis potest opponi in qualibet parte litis.
14 Excõicatus actor originalis si prosequi velit appellationem, est ne indistincte audiendus.
15 Excõicatus si petit restitui cõtra sententiam an audiatur.
16 Actio excõicati si perijt tempore nunquid audietur.
17 Legitime impedito circa expeditionem alicuius actus tempore limitati, an currant tempora regulariter.
18 Tempus quod detur a lege sine hominis ministerio.
19 Jus est commune, q̃ non probans quod opponit condẽnetur in expensis.
20 Dilatione data ad probandum quid sufficiat.
Excipiens tenetur probare exceptionem suam.
21 Denuntiatus excõicatus si quis probetur an sufficiat probatio vt repellatur ille contra quem opponitur.
Fama si aliquem habet excommunicatum, abstinendum est ab eius communione.
22 Verbis narratiuis pape statur.
23 Aliquem haberi pro excõmunicato vt ab eius cõmunione sit abstinendum aliud est, & aliud est quem haberi pro excõmunicato vt excludatur a prosecutione iuris sui.
24 Actus a principio constitutionis nullus ipso iure, an tractu temporis conualescat.
25 Constituens si est excõicatus an valeant agitata per procuratorẽ.
26 Excõicatus si constituatur procurator pro reo, nunquid poterit defendere reum in iudicio.
27 Procurator excõicatus si tempore constitutionis habet mandatum ad substituendum nunquid substituere poterit.
28 Procurator licet teneatur appellare, non tamen prosequi.
29 Publica vtilitas subest constituto ab vniuersitate.
30 Procuratorium factum ab excõmunicato non repellitur nisi eligatur ope exceptionis.

§.Decimusquartus.

Restat videre effectus maioris excõicationis tam late ab homine quã a canone vnus est effectus excõicationis insurgens ratione perseuerantie in ea & contemptus absolutio
1 nis. Nam † si per annũ steterit in ea suspectus est de hereſi. vt in.c.graue de penis. dicit ibi Inno. q̃ est suspectus suspitione leui & nõ violẽta propter quã indici potest purgatio in qua si defecerit qõ dicit̃ de hereticis in.c.excõicamus. §.j. & §. credẽtes. & c.nos inter. de pur. ca. Hosti. ibi tz q̃ annalis pseuerãtia reddit ipm suspectũ de hereſi. primo p.c.ois. de pe. & re. qz nõ facit ad ea ad que tenet nec facere põt, & sic presumit aliter sentire de sacramẽtis quã sentiat & doceat sancta mater ecclesia. de here. ad abolẽ. j.rñso. Nam qui oĩpotentem

Source : BIU Cujas

qui omnipotentem deum non metuit ꝛc.xj.q.iij.qui omnipotentem.ꝛ qui se ab ecclesia separat nec cõmunionem recipit hereticus est.In auc.de priuile.dotis heredi.mul.nõ prestan.scõo responso.ꝛ.§.ergo sacram communionẽ.ꝛ subdit alterum de duobus inferri.Aut ipsum fore non sane mentis.Aut male sentire de fide.si ergo non sane mentis,ergo male sentit,ꝛ sic propter tanti temporis
2 perseuerantiam posset ecclesia ipsum cõdemnare de heresi.sed † ecclesia iuxta maternum affectum nulli claudens gremium incedit via media,quia tali attribuit solam suspitionẽ. de here.excommunicamus.ꝛ hoc ne videatur dissimulare peccata.xliij.di.qõ heresis. de offi.ord.irrefragabili.Alij sunt effectus insurgentes attenta sola excommunicatione.ꝛ nõ diuturnitate.Et hic premitto duo genera casuum.alias actum circa quos excõmunicatio operatur effectus inhabilitando. Nam quidã sunt actus iudiciarij,extraiudiciarij,quidaz spirituales,quidam profanaliter distinctiue possunt explicari.

Nam quidam sunt actus publici sicut tutela:quidam ciuiles,quidam communes.publici sicut tutela,ꝛ cura.Instit.de tute.circa princi. Ciuiles sunt, iudicare ꝛ arbitrari.ff.de iudic.l.cum pretor.iij.quest.vij.§.tria.de arbitri.dilecti.cõmunes sicut officiuz procuratorum ꝛ testiuz.Tales enim actus nec inter publicos, nec inter ciuiles numerantur.ab istis repellũtur.de procurato.officio. de probatio.post cessionem.de procurato.c.finali.de testi. veniẽs. Multo fortius a ciuilibus.de exceptio.c.exceptionem.de re iudica.ad probandum.Circa actus iudiciarios. Quidam debentur iudici,quidam actori quidam reo,quidam testi.cum tot sunt persone iudicium fundantes vt.c.forus.de verbo. significatio. Excom-
3 municatio inhabilitat iudicem adeo ꝙ agitata † per iudicem publice excommunicatum sunt nulla,vt capi. ad probandum. de re iudica.Inhabilitat agentem si opponatur exceptio vt per officiũ repellatur,vt capi.exceptionem.de exceptio.ꝛ ca.pia. eodem titu. libro.vj.probatur per capit.cum inter.eodem titu.alias si non opponatur vel repellatur per officium valent agitata,vt dicto capi. pia.non inhabilitat reum necessarium,vt capi.intelleximus.de iudi.de exceptio.dilecti.cum simi.Voluntarium repellit exceptione opposita.ꝛ iuxta not.in capitu.cum inter.ꝛ.c.dilecti. de exceptio. repellit testem idest a testimonio,vt.c.veniens.de testib.Quis autem cognoscat de exceptione excommunicationis apposita contra iudicem.An ipse an arbiter assumpti,vt in exceptione recusationis not.in capi.cum super.de officio delega.ꝛ capit. pia. de exceptio.libro.vj.An autem reus repellatur excipiens de compensatione.Ber.tenet ꝙ non in capitu.cum inter. de exceptio. Do-
4 uetur ex hoc quia † qui compensat agere videtur.ff.rem ra.habe. l.quo enim.ꝛ l.amplius.in fine.Alij tenent contra ex eo : quia aliquid venit in compensatione qõ nõ venit in petitione,vtpote debitum naturale:vt.l.etiam.ff.de compensatio.Item excommunicatus soluere debet:ꝛ hoc videtur facere qui compensa.ff. qui po. in pig.habe.l.si debitor.

Dicunt aliqui qõ si debitum est liquidum nec aduersarius exceptionem vel negationem pretendit,quod admitti debet compensatio.ff.de compensa.l.finali.de depo.l.bona fides §.fina.ꝛ sufficere debet iudici qualitercunq; satisfaciat creditori.ff. de pigno.actio.l.si rem.§.pecunia.Secus autem si aduersarius excommunicati neget vel excipiat per iura.ꝟ.allegata.Hec fuit opinio Hostien.Barto.brix.in questione sua venereali querit vtrum sit excommunicatus.dicit Tancre.ꝛ Joan. dixerint contrarium. Joan.notauit.iij.questio.in summa.ipse tamen tenet excommunicatum posse compensare.Idem tenet Phili.in dicto capitu.dilecto.de excep.allega.l.verum.ff.de compen.Si vera est opinio ꝙ compensatio fiat ipso iure sine ministerio exceptionis vt probare videtur text.in.§.compensationes.institu.de actio. Plana foret hec questio:tamen hec opi. non est vera quare hic non prosequor, quia tractũ requirit.immo est vera opinio Azo.tenentis quod fit opus exceptione.Tunc crederem excommunicatum repellendum
5 a cõpensatione.Mouet me quia † excommunicato sola exceptio sonans nudam defensionem reseruatur vt capi.cum inter.ꝛ capit. dilecti.de exceptio.vbi autem exceptio habet vim accusationis vel impugnationis tunc non, vt in iuribus supra allegatis. Ac exceptio compensationis habet vim petitionis.Induco textum hoc expresse probantem.l.amplius.in fine.ff.rem ratam haberi.l. nam damnatus non petere repellitur a compensando vt ibi incidit tamen questio.An fideiussor excommunicati possit compensare de debito principalis.Aliquibus videtur quod non.Nam hoc esset per indirectum prouidere excommunicato ꝛ sic propter connexitatem.De vno dictum foret de alio.de constitu.translato.ff.de arbit.l.pedius.ff.de aqua quoti.ꝛ esti.l.j.§.item queritur.Item per hoc vitiarentur due regule.Una quod accessorium nõ sequeretur naturam principalis contra regulam accessorium.de regu.iur.libro.vj.Alia qz denegatum vna via cõcederetur alia per regulam,
6 cum quid. eo.ti.ꝛ libro.Item † mora debitorum nocet fideiussori.ff. de verbo.significa.l.mora rei.ꝛ.l.si seruum.§.sequitur.eodem titu. ergo ꝛ delictum ꝛ macula proueniens ex eodem.arg.l.iij.§.fi.ff. qõ quisq; iuris.

Quidam dicunt quod si reus principalis est soluendo,tunc non compenset fideiussor fal.di.ꝛ.l.vlti.ff.de ad ministra.tut.ꝛ.l.siue.C.ad vellei. Hic pondero quomodo aliquãdo ius compensandi principali ante excommunicationem . Aliquando post excommunicationem nascitur debitum compensabile.Si ante excommunicationem competat ius compensandi.Credo quod licet superueniat excommunicatio principalis nihilominus compensare possit fideiussor.Nam hoc ius competebat fideiussori ante excommunicationem principalis,ergo nõ tollitur per casum superuenientem in personam debitoris,vt.l.verum.ff.de cõpensa.ꝛ.l.fi.ff.de pact.faciunt no.per Dy.in regula,is qui in ius. de regu.iur.libro.vj.ꝛ not.in capit.vno.de iure patrona . libro . vj. Aliquando nascitur post excommunicationem debitum compensabile,ꝛ tunc adhuc credo fideiussorem compẽsare posse. Mouet
7 per duos text.quod fideiussor † potest soluere creditori de bonis debitoris,vt.l.si procuratorem.§.si ignorantes.ff.manda.Alibi dicit tex.quod qui compensat soluere videtur,vt.l.amplius. in fine. ff.rem ratam haberi.Ex his sequitur conclusio: videlicet quod fideiussor compenset cum sic soluere videatur de bonis debitoris. Confirmatur quia exceptio excõmunicationis est personalis que non excedit personam,vt.l.exceptiones que persone.ff. de excep. maxime hec que est odiosa.Quid si petatur restitutio vt ab hereditate abstineatur vbi sunt vocandi omnes quorum interest.C. si ab here.absti.authẽ.si omnes.nunquid si excõmunicatus compareat sit audiendus.Innocẽ.tenet ꝙ non.nam hic est reus notorius ꝛ sic potius impugnat q̃ defendat.subdit ꝙ si in libello specificet̃ persona contra quam petitur restitutio,qõ excommunicatus specificatus comparens audiendus est:quia hic est necessarius reus . dicit tamen aliquos dicere etiam hoc casu ipsum repellendum.fatẽ-
8 tur qõ repulsus:quia † excommunicatus post absolutionẽ poterit peti restitui ad appellandum:quia nec per se nec per procuratorez potuit prosequi ius suum ad instar absentis ex causa reipublice. ff.ex qui.cau.ma.l.sed ꝛ si per pretorem.ff.de mino . l. pomponius exuli. Hanc consequentiam vituperat ho.nam ridiculũ est dicere ꝙ si aliquis restituatur propterea quia fuit absens ex causa reipublice ꝙ sic restitui debeat impeditus propter delictum suum,cum tunc forent equalis conditionis delinquens et iuri temperans quod absit, vt. l. seruus . ff. quod vi aut clam . et . c . eum qui.de prebend.libro.vj.

Alij dicunt ꝙ ad absolutionis remediũ infra decẽdium poterit appellare a sententia restitutionis lata cõtra eũ cum pendente excõmunicatione non cucurrerint tẽpora contra eum vtpote impeditum.de concess. preben.qz diuersitatem.l.j.in fi.C.de anna.excep.istud plus est mirabile. Nam aut erat casus quo poterit appellari ꝛ tunc currit excõmunicato tẽpus. Nam ipse appellare potest,vt.c.cum inter. ꝛ.c. significauerunt.de exce. Aut nõ potuit appellari ꝛ tunc cessat questio. Hic dicerẽ primo casu videlicet cũ petitur restitutio nullo specificato, comparentem indistincte repellendum exceptione excõ-
9 municationis opposita. Nam hic si comparẽs nõ † defendit cõtra ipsum nulla dirigitur actio,ꝛ sic ei non competit exceptio que est actionis exclusio.ff.de excep.l.j.Secundo casu videlicet quãdo specificatur in libello restitutorio tunc comparentem dicerẽ nõ repellendum pretextu excommunicationis. Nam hic contra eum actio vel in locum actionis surrogatum dirigitur,ꝛ sic ad iudicium necessitatur.ff.de ver.obli.l.inter stipulantem.§.j.ꝛ sic firmat personaz. rei necessarij in iudicio ꝛ sic appellare potest ꝛ prosequi ꝛ omnia facere que spectant ad defensionem, vt.c.cum inter.ꝛ.c.dilecti.de excep.vbi hec explicant. Quid si electus in ecclesia petit confirmationem ponitur edictum generale seruata forma.c.vltimo. de electi. libro . vj . compareat canonicus excommunicatus et se opponit nunquid audietur:attenta distinctione Innocen.que tacta est supra foret dicendum ꝙ non. Nam iste est reus notorius cum contra eum nulla dirigatur actio.ꝛ sic non necessitatur ad iudiciũ. Hostien.in.c.dilecti.dicit Clementem quartum pronuntiasse contrarium.ꝛ ibi tenet Hostien.istam distinctionem non procedere, nec iure probari scilicet de reo necessario ꝛ notorio . Subdit tamẽ qõ esto ꝙ distinctio procederet, tamen hoc casu iste comparens
10 esset reus necessarius.quis † enim necessarior reus q̃ nolens malum prelatum : quid grauius quidpericulosius quid intolerabilius quod detur lupus loco pastoris,dissipator loco cultoris,homicida pro medico,tyrannus pro defensore,inimicus pro aduocato.Et dicit Guil.ꝙ curia seruat dictum Hosti.hic dicerem distinctionem Innocẽ.de necessario ꝛ notorio reo procedere vbi necessitas progrediendi vel non progrediendi ad iudicium prouenit ex via actionis intentate.vbi autem necessitas aliunde insurgit quaz

Source : BIU Cujas

ex vi actionis contra tertium intentate, tunc hoc casu tenerē cum Hosti. vt in casu proposito. ꝛ. q. Sed statim dices, ergo excōicatus audietur agens nomine ecclesie, cum necessitas aliūde ipsum trahat. Respondeo in questione proposita excommunicatus nō agit originaliter quod iura inhibent, sed se defendit contra agentem. i. contra confirmationem petentem licet obtenta protectione ecclesie ꝛ debito iuris ex parte cōparentis in obiectione autē reperitur
11 pure agens licet finis sit defensio ecclesie. Quid si ✝ excōmunicatus appellet extra iudiciū nunquid audiet. Innoc. in. c. cum inter. de excep. tenet ꝙ nō: q; appellatio extra iudicium est pronocatio ad iudicium, vt. c. cū sit. de appel. sicut ergo prohibet ad iudicium pronocare, sic extra iudiciū appellare. de appel. bone. Huic opi. videt contradicere glo. que no. in. c. dilecte. de ma. ꝛ obe.

Attendendum ꝙ aliquando interponit appellatio mere extraiudicialis, ꝛ tunc procedūt que primo dixi post Inno. Et de hac appellatione mere extraiudiciali in. c. cuz nobis olim. de elec. de appel. bone. Aliquando interponitur appellatio mere iudicialis, ꝛ tunc indistincte admittitur excōmunicatus appellans etiam actor originalis, vt. c. significauerūt. de exceptio. Et subdam. aliquando interponitur appellatio que sapit naturā mixtam vt cum executor vult prouidere ꝛ quis alias cuius interest appellare potest per prouisionem grauari ꝛ verari, potest, ꝛ tūc etiā excōmunicatus auditur appellans. Et est ratio ꝙ hic non est mera prouocatio: immo est a grauamine appellatio vel releuatio ꝛ sic sonat defensam. sic saluari potest contrarietas dictorum Inno. no. de hoc in. c. pia. de excep. li. vj. in glo. j. cause pincipalis. Quid si excōmunicatus appellatus nolit prosequi appellationē negligente appellāte. An repelletur appellatus. alias si non repellatur exceptionem aliam prosequi potest negligēte appellante vt. c. oblate. de appel. Quod autē nō repellatur exceptione excōmunicationis probari videtur per decre. significauerunt. de excep. Archid. in
12 in. c. pia. de excep. lib. vj. tenet ꝙ repellatur ꝛ est ratio. Nam ✝ propter negligentiam appellantis non est lesum ius appellati. immo furtum. ff. de pgno. l. grege. §. etiam. ff. de reg. iur. l. non solent. Itē q; remediuz habet appellatus. Nam deserta appellatione rata manet sentētia. ff. q. vj. ei qui. de ap. vt debitus. ꝛ. c. per tuas. Itē si excommunicatus victor peteret sentētiam confirmari, vt de confir. vti. vel inuti. bone. vel peteret executionē, repelleretur, vt. d. c. pia. de excep. lib. vj. in fi. Quid si excommunicatus causa pendēte inter alios vel officio implorato si ipsius interfit ꝛ appellet, Nūquid audietur. Tenet Inno. ꝙ non reus necessarius: immo notorius, ar. supra dictorum. Quero quid si excōmunicatus appellet extra iudicium ꝛ post excōmunicatur. Nūquid audietur prosequēs appellationem an repelletur excōicationis superuenientis exceptione
13 Videtur ipsum repellendum. nam ✝ excōmunicatio superueniēs impedit vires rescripti prius impetrati, vt. c. prudentiam. §. sexta de offi. dele. Itē excōmunicationis exceptio potest opponi in qualibet parte litis, vt. c. exceptionem. ꝛ. c. pia. de excep. lib. vj. Innoc. tenet ꝙ auditur in. c. cum inter. de excep. Hic attendendum ꝙ appellatio extra iudicium non suspendit grauamen precedens sed solum sequētia, vt no. in. c. cum nobis olim. de elec. ꝛ. c. dilecti. de mato. ꝛ obe. ꝛ. c. bone. de app. Debet ergo in casu proposite questionis ponderari an post appellationem extraiudicialem sequutum fuerit grauamē ante excōmunicationē, ꝛ tunc auditur prosequēs. Ratio quia grauamine sequuto delatum est negotium ad iudicez ad quē appellatum est ante excōmunicationem, ꝛ sic excōmunicatio superueniēs non impedit prosecutionem. Si autem excōmunicatio precessit grauamen, tunc secus. sic videtur sentire Inno. licet aliqui contra. hoc casu legiste inducunt hanc glo. Innocē. in argumentum ad questionem de bannito qui inceperit agere ante actū bannum. An repellatur exceptione bāni superueniētis quod hic
14 non prosequor. Quid si excōmunicatus ✝ actor originalis prosequi velit appellationem est ne indistincte audiendus. hic fuit altercatio inter antiquos patres iuris que not. in. c. significauerunt de exceptio.

Omissis defusionibus est attendēdum qō aliquando quis appellat ab interlocutoria. ꝛ tunc in articulo nude appellationis audietur prosequens ius. finito autem articulo appellationis si pronuntiatum fuerit male appellatum ꝛ fiat remissio, vt capi. vt debitus. de ap. ꝛ. c. cordi. de app. lib. vj. tūc obstat exceptio excōmunicationis. Nam illa obstat actori, vt supra tactum fuit. Sic etiam iudex ad quem pronūtiet bene appellatum ꝛ incipiet cognoscere de viribus principalis ratione predicta. Si autem appellatum fuit a diffinitiua, tunc tutius est ꝙ propter commixtionē audiatur. Nā iudex ad quem appellatur a diffinitiua statim cognoscet de virib⁹ principalis cause ꝛ sic fit mixtio principalis cause ꝛ articuli appellationis admittentur, ergo attento appellationis articulo super toto licet alij aliter dicant, vt in. c. significauerunt. de app. vbi hec ma
15 teria plene explicatur. Quid si excōmunicatus ✝ petit restitui contra sententiam, tenet Inno. ꝙ si petat ex clausula illa generali auditur, vbi si nō audiretur alias restituatur damnaretur innocēs vel periret anima. alle. c. cum inter. de excep. ꝛ. c. ex literis. de in integ. resti. Sed autem petat implorando officiū ex solo fauore dependens, tunc secus: q; excōmunicati sunt exclusi a participatione ecclesie, sunt per cōsequēs exclusi ab omni priuilegio. in aut. de priui. dot. here. muli. non prestan. circa mediuz. col. viij. ꝛ sibi imputet q; appellauit. Hec no. in. c. significauerunt. de excep. Quid si cō queritur de censura. So. audiendus est, cum talis nunquā trāseat in rem iudicatam, vt. c. pastoralis. de app. ꝛ contra tales audiantur allegantes turpitudinē. de re iudi. lator. ꝛ super talibus audiuntur impetrantes excōmunicati. de rescrip. c. j. li. vj. Quid si impetret super nullitate sententie Hosti. tenet ipsum audiēdum in. c. significauerunt. de excep. hodie expeditū est in. c. j. de rescri. li. vj. Quare admittetur excōmunicationis exceptio contra actorez in causa principali ꝛ non contra ipsum prosequētem appellationē. Ratio quia ante sentētiam non fit effectuale iudiciū cum per sentētiā que nondum lata est nō sit quesitum ius aduersario. Secus post lataz contra actorem, ꝛ sic lederetur cum forte sit indirecte sic absolutus
sunt collegia que habẽt aliquid nõ propter se sed vt distribuãt in-
ter alios vt collegiũ pauperũ hospitalis misericordie quod habet
bona vt nutriat pueros proiectos ad hospitale, vt patet de infan.
expo. c. j. Alat infirmos, pauperes suscipiẽt, eleemosynas tribuat,
hospitalitatem seruet, vt ibi dicit: tũc destructo collegio bona non
remanẽt apud rectores hospitalis, nec apud fundatorẽ hospitalis
nec apud paupes recedẽtes de tali collegio sic destructo. Ratio: qr
talia bona nõ obuenerũt hospitali cõtẽplatione fundatoris hospi
talis, nec contẽplatione rectoris hospitalis, ⁊ ideo apud eos nõ re
manent talia bona. de testa. c. requisiti. Nec obueniũt illa bona cõ
templatione pauperũ ⁊ singulariũ personarum, sed cõtemplatio-
ne ipsius collegij, vt collegium pauperũ. C. de epis. ⁊ cleri. l. si quis
ad declinandam. ⁊ ideo non remanet apud pauperes vt singulares
de collegio: qr eis vt singularibus quesita non sunt, sed remanent
in dispositione diocesani, vt illa bona conuertat in pios vsus, sicut
⁊ illud posset si a principio esset legatum pauperibus in genere, vt
d. l. si quis ad declinandam.

Est etiam alia ratio quare domi-

niũ illorũ bonorũ non debet remanere apud fundatorẽ hospitalis
28 nec apud eius rectorẽ: qr talis fundator ⁊ rector † hospitalis est quo
dammodo nudus minister in hospitalitate seruãda, ⁊ ideo nullum
cõmodũ apud eos remanere debet, vt. d. l. si qs ad declinandã. ⁊ in
cle. qr contingit. de relig. domi. facit. ff. de leg. ij. l. si quis titio. ⁊ qõ
destructa ecclesia supioris autoritate bona ⁊ loca q̃ habebat ipsum
collegiũ remanet in dispositione pape, vel in dispositione ordina-
rij loci cõuertenda etiã in pios vsus. vt casus ad literã. de relig. do-
mi. c. vnico. lib. vj. in. §. cõfirmatos autẽ. ver. nos eñ. que decretalis
est no. ad hoc. ¶ Quedã sunt collegia q̃ habẽt aliquid propter se.
Tunc aduerte qñq; est cõmune aliquid propter se principaliter et
directe. Exemplum in pecunia quam conferunt tenuiores vt inde
ematur aliquid ad eorũ victũ. ff. de colleg. illi. l. penul. ⁊ eod. titu. l. j.
responso. ij. Tũc si aliquis de collegio recedet vel collegiũ dissoluit,
debet recipere de illa pecunia, prout eum pro rata tangebat. de col
le. illici. l. j. in fi. ⁊ hoc casu ppie intelligit illa. l. j. in fi. ¶ Eodẽ mo-
do dicendũ est si erat in cõi aliqua res deputata ad proprium vsum
eius, puta in fraternitate disciplinatorũ est vestis ad cuiuslibet pro-
prium vsum deputata, certe qui recedit debet illam vestẽ sibi habe
re. ff. de colle. illici. l. j. in fi. Etiã per hoc videtur casus de regula. su-
per eo. Si vero habet aliquid ad commoditatem vniuersitatis nec
respicit cõmodum singulariũ personarũ principaliter vt sunt red-
ditus, predia, nemora, ⁊ pascua que habent ab vniuersitatibus ex
quibus onera vniuersitati incũbentia persoluuntur, hoc casu si ali
quis inde recedit, nihil debet inde habere. ⁊ de hoc est casus de colle
g. illici. l. j. in fi. vbi dicit q̃ accipit illud quod cõpetit sibi ex ratio-
ne, sed huic ex ratione nihil sibi cõpetit, sed cõpetit ipsi vniuersita-
ti, vt. ff. de rerum diui. l. in tantũ. §. vniuersitatis. ⁊. ff. de in ius voc.
l. sed si hanc. §. qui manumittitur.

Notandum autem qõ destructo

29 collegio † autoritate supioris vel destructa ecclesia vel ciuitate vel
alijs locis pijs siue sacris siue prophanis propter delictũ eorũ, dece
tero nullus debet vocari clericus illius ecclesie vel municeps illius
loci, ⁊ ille locus perdit omnia priuilegia. de noui ope. nunti. c. ij. de
cõse. di. j. placuit. xvij. q. vij. ⁊ hoc diximus. ff. gb. mo. vsufruc. amit.
l. si vsufructus. ⁊. ff. de colle. illici. l. iij. xvij. qõ. vij. in nullo. de quo
per Jnno. in. d. c. ij. de noui ope. nun. vbi etiã dicit q̃ si aliqua eccle
sia cõstituatur ⁊ superior ordinet ibi certũ numerum canonicorũ et
super hoc ibi aliquos institutos iurare fecerat sup obediẽtia prestã
da prelato ⁊ residentia illius loci ⁊ quasdã ecclesias deputauit pro
bñficijs clericorũ ipsius eccl'ie: qr tunc destructa tali ecclesia nõ erũt
amplius canonici illius eccl'ie vt pcipiant redditus eis assignatos,
⁊ sunt absoluti a iuramẽto qõ prestiterant sup residẽtia vel obediẽ-
tia prelato illius ecclesie, vt dicit tex. in predicto. c. ij. de no. ope. nũ.
30 ⁊ facit etiã ad hoc de elec. c. venerabilẽ. in fi. † Si aũt ecclesia destrui
tur absq; autoritate superioris: tunc remanet nihilominus ecclesia
nec peribũt priuilegia data ecclesie, vt dicit Jnnoc. in predicto. c. ij.
de noui ope. nun. Et est casus expressus institu. de rer. diuisi. §. nul
lius. vbi dicit text. qõ locus in quo edes sacre edificate sunt etiã de-
structo edificio adhuc locus sacer manet vt ibi ponit glo. qbus casi-
bus locus sacer vel religiosus desinet esse sacer vel religiosus. ⁊ facit
ff. de relig. ⁊ sump. fune. l. loca. Et no. circa istã materiã quatuor ca-
sus. Primus est qñ religio a principio est ordinata legitime, sed ex
postfacto ex aliqua causa destruit autoritate superioris, ⁊ tunc ha-
bet locũ q̃ pereant priuilegia illius loci ⁊ clerici illius loci desinant
esse clerici, vt dicit Jnno. in. d. c. ij. de no. ope. nun. Et ita intelliga-
tur qõ not. ibi gl. ⁊. xvj. q. vij. ⁊ hoc diximus. ⁊ qõ dicit de clericis in-
telligo de clericis secularibus.

Ceterum si essent religiosi ⁊ pfessi

tamẽ destructo monasterio nõ erũt amplius monachi illius mona
sterij, sed nõ liberant a vinculo professionis quã fecerunt in ordine
31 sub quo institutũ erat illud monasteriũ: qr illud vinculũ † inductus
ratione pfessionis est indissolubile. de statu monacho. c. cũ ad mo-
nasteriũ. ⁊ ideo tales pfessi transferent ad alia monasteria eiusdem
ordinis si sine scandalo fieri põt, alioquin transferent ad monaste-
rium alterius ordinis. ⁊ pro hoc videt casus. de regu. c. fi. facit ratio
qr professi debent manere in monasterio, nec extra monasteriũ de-
bẽt vagari, vt. d. c. vlti. de regu. ⁊ in. c. quanto. de offi. ordi. ⁊ de iure
iur. sicut ex literis. ⁊. xxvj. q. j. qui vere. Secũdus casus est qñ a prin-
cipio religio ⁊ ordo fundat illegitime, qõ eo casu cũ quis nouã reli
gionem inuenit nõ approbatã a papa sicut dicit de religionib⁹ no-
uiter inuentis post cciliũ generale. de quo habetur in. c. vlti. de re-
ligi. do. tũc papa talẽ religionẽ decernit irritã, ⁊ quatenus de facto
processit eam reuocat. de reli. domi. c. vnico. §. cũctos. lib. vj. et isto
casu dicerẽ qõ si in huiusmodi religione sic reprobata aliqui in reli
gione recepti illum ordinẽ fuissent professi, nõ remanerent professi
illius ordinis: qr illi religioni ⁊ ordini tãq; reprobato nõ potuerũt
incorporari, ⁊ sic pfessio fuit illius momenti. Jnsuper etiã non re-
manerent pfessi alicuius alterius religionis approbate a iure, ⁊ ra
32 tio, qr nullam † professionem fecerunt in religione approbata, nec
alicui religioni approbate sunt incorporati qõ requiritur ad indu
cendũ vinculũ professionis. facit qõ no. per Jnno. in. c. porrectum.
de regula. Tertius casus est qñ religio a principio est reprobata a
iure. vt patet in. d. c. vlti. sed ex postfacto papa illam cfirmat nõ sim
pliciter ⁊ absolute sed ad tps incertũ. s. donec viuunt qui erant rece
pti ⁊ professi in illa religione qbus quidẽ mortuis illa religio tollit
⁊ supprimitur: tunc religione illa destructa post mortẽ omniũ ibi
professentiũ peribit illius religionis priuilegiũ. personis tñ illius re
ligionis licebit transigere ad alias religiones approbatas. Eorum
tñ religio ⁊ ordo non põt ad aliam religionẽ totaliter trãsferri sine
pape licẽtia, sed translatione facta legitime bona prime religionis
applicabunt secunde religioni ad quã facta est translatio. ⁊ ita in-
telligitur de relig. domi. c. vnico. §. ceterum. lib. vj.

Ultimus casus est quãdo a prin-

cipio ecclesia cstruit in casu nõ permisso a iure, vt qr post nũtiatio-
nem noui operis edificat, ⁊ tũc debet illa ecclesia destrui ⁊ peribunt
priuilegia illius ecclesie. ⁊ ita intelligit decre. ij. de noui ope. nun. et
33 quod no. Jnno. Ex predictis ergo apparet q̃ ecclesia † legitime cõ
structa autoritate superioris põt destrui, ⁊ ideo tractabat Abb. in
in regula. qõ semel deo dedicatũ. de reg. iur. lib. vj. an ecclesia autori
tate epi dedicata possit ex aliqua causa destrui, ita q̃ non fit vlteri⁹
necibi, nec alibi, ⁊ per predictã regulam videt q̃ nõ. ad hoc. xix. q.
iij. que semel. xiij. q. vj. cõperimus. xvj. q. vij. si quis vult. xvij. qõ. iij.
quest. de conse. di. j. oẽs basilice. ⁊. c. in sancta. ⁊. c. seq. de rerum per-
muta. mancipia. de religio. do. ad hec. ⁊ ibi de hoc per Jo. ⁊ Archi.
x. q. iij. vnio. ⁊ in. d. c. significauit. de cõse. dis. j. c. omnes. ⁊ dicitur ex-
pressum ea. dis. c. ecclesia vel altaria. ⁊. c. placuit. ⁊. c. tribus. facit. x. q.
ij. hoc ius. xij. q. ij. aurum. ⁊ vtrobiq; no. pro ⁊ cõtra. facit quod no.
in Spec. de dona. ver. quid si aliquis baro. sed pro hoc facit de no-
ui ope. nuntia. c. ij. ⁊ quod ibi no. per Jnnoc. Hosti. ⁊ Jo. ¶ Quid
ergo dicendum, solue distinguendo, aut hoc vult fieri ex voluntа-
te aut ex necessitate. Primo casu non põt destrui licet vt melioretur possit ad alium locum transferri, sed debet eidem ecclesie anti-
que si hoc possit fieri per sacerdotem deseruiri, vt. c. si quis vult. et
c. vnio. et. c. omnes basilice. not. per Archidia. Si vero ex necessita
te aut potest remanere in eodem loco, ⁊ tunc idem quod. §. aut nõ
potest destrui, debet tamen hoc semper de autoritate diocesani fie
ri. Ad hoc facit dictus canon placuit. ¶ In contrarium allegata
non ob. loquuntur enim in alio casu, ⁊ quãdo ecclesia ⁊ res sacra du
rante suo statu et consecratione reducitur ad non esse ecclesiam vel
rem sacram. Petrus de Perusio.

Summarium.

1 Portio canonica an debeatur epo de his que obueniunt fra-
ternitati iure institutionis.
2 Confratrie ad quos actus sint ordinate.
3 Confratrie an sint licite, ⁊ an constituant collegium.
Fraternitates que fiunt ad malum prohibentur.
4 Reprobanda non sunt que propter bonum fiunt.
5 Collegia oia que fiunt causa religionis licita sunt.
6 Disciplinatorũ ⁊ misericordie collegia an sint licita. 7.
Confratrie an sint capaces hereditatum ⁊ legatorum.
Canonica portio an debeatur episcopo de his que relinquuntur
fraternitati. 15.17.
8 Episcopo an debeatur canonica portio de obuentionibus frater-
nitati iure institutionis ⁊ legati.

Source : BIU Cujas

9 Separabilitas ꝛ inseparabilitas persone a loco qũo cognoscatur.
10 Eps an debeat habere canonicã portionẽ de eo quod relinquitur vniuersitati scholarium, vel collegio mercatorum.
11 Charitatiuum subsidium exigitur per episcopum ab ecclesijs ꝛ nõ a laicis.
12 Eps an habeat aliquam iurisditionis participationem cum fraternitatibus laicorum.
13 Fraternitati si eps non communicat suas actiones, an eidez aliqd communicabitur per fraternitatem.
14 Loca nõ expressa excludantur alijs quibusdam expressis.
16 Hospitali cui accedit fraternitas qualiter sit legandum.
18 Locus vbi cõgregatur fraternitas an sit locus pius.
19 Fraternitati quod legatur non est de casibus priuilegiatis in qbus cessat canonica.
20 Dioceſanus an possit impedire ne fiat fraternitas.
21 Obsequialis obediẽtia cũ dioceſano in fraternitatibus competat, non debet tolli pecuniarium commodum.
22 Fraternitas an sit sub iurisditione episcopi.
Collegium ꝛ fraternitas habent se vt idem.
23 Persone fraternitatis nũquid possint a fraternitate recedere.
24 Collegium scholarium et mercatorum non est deputatũ ad pios vsus.
25 Destructa vniuersitate quid fiet de bonis que obueniunt fraternitati inter vivos vel in vltima voluntate. 26.
27 Potiora iura qui obtinet, ille obtinere debet.
28 Penitentiaria an dicatur officium.
29 Spiritualia sunt preferenda temporalibus.
Monachus siue religiosus dicitur seruus.
30 Aditio ꝛ repudiatio nunquid competat monasterio.
31 Electio vel confirmatio nihil addũt ad vinculum matrimonij spiritualis.
32 Tempus aditionis est inspiciendũ in hereditate acgrẽda. 41.42.
33 Eps per confirmationẽ ꝛ consecrationem est obligatus ecclesie sue tanq̃ maritus a qua non põt discedere sine licẽtia pape.
34 Diffinitio cui conuenit, conuenit ꝛ diffinitum.
Predicatores et minores sunt qui per publicum questum victum querunt.
35 Mortuo canonico capitulum succedit in bonis ab eo relictis, non successor canonici.
36 Testari iure militari non potest quis nisi primo in numero militũ sit relatus.
37 Testatoris voluntas est seruanda.
38 Hereditas vt acquirat tria tempora in extraneo herede ꝯsiderant.
39 Romana ecclesia vocatur fiscus.
40 Ciuium nomine ciuitas intelligitur.
43 Prelatura vincit canonicatum.
44 Tempus ꝯtractus ꝛ stipulationis respicimus in acquisitionibus que proueniunt ex contractu.
45 Leges que de non capacibus loqnũtur, de quibus intelligantur.
46 Fratres minores olim proprietatem ꝛ dñium rerum sibi obligatarum acquirebant ratione ecclesie.
47 Predicatores ex constitutionibus voluntarijs tenẽtur, sed minores ex regula artantur.
48 Monachus cũ nihil proprij possit habere, iactare se nõ põt q̃ ius adeundi consistat in eo.

Decimoquarto principaliter q̃ritur de his que obueniũt fraternitati iure institutionis † an debeat canonica portio epõ. Istuz articulum psequamur p infrascriptas questiones.

1 Primo em̃ q̃ritur ad quos actus sint ordinate iste fraternitates. Secundo queritur an iste fraternitates vel cõfratrie sint licite de iure, ita qõ constituant collegiũ ꝛ vniuersitatem ꝛ habeant ius collegij ꝛ vniuersitatis. Tertio queritur an tales fraternitates sint capaces hereditatum ꝛ legatorum. Quarto q̃rit an de obuenientibus huiusmodi fraternitatibus iure institutionis vel legati debeat canonica portio episcopo. Quinto q̃ritur si destruatur fraternitas quid fiet de bonis que fuerunt collata fraternitati amore dei inter vivos ꝛ in vltima voluntate. De prima questione

2 ad quos actus sint ordinate ille † ꝯfratrie. Respõdeo q̃ ad triplicẽ actum. Primo ad actum discipline. Nã per disciplinã quis seipsuz flagellat. xxiij. qõ. v. ad fidẽ. vel fustibus se cedit. ea. causa. ꝛ. q. c. vlti. vel vberibus se subijcere. xlv. di. ꝛ qui emendat correctionẽ suscipere. xxiij. q. iiij. duo ista. Cõsistit etiaz disciplina ista in labore. de elec. c. bone. ij. ¶ Itẽ disciplina consistit in peregrinatione. de voto et voti redemp. c. quod super his. ¶ Itẽ in vigilijs, ieiunijs ꝛ orationibus. de voto ꝛ vo. redemp. c. magne deuotionis. Secundo ordinantur iste ꝯfraternitates vel confratrie ad actus charitatis misericordie ꝛ pietatis. Cũ em̃ quisq; eorum infirmitatem incurrerit, ceteri de confratria prebẽt ministeriũ seruiendi egrotanti, ꝛ ducunt ad eũ presbyterũ qui ei ministrat ecclesiastica sacramẽta ꝛ vnctionẽ extremam. de sacra vncti. c. vnico. Cõsolant eos in infirmitate. de hereti. filij. lib. vj. Cum autem ille moritur corpus eius induunt vestimentis fratrum seu confratrum, corpus eius custodiunt certis horis anteq̃ tradant sepulture, ꝛ sic deputantur ad custodiã tẽpli. ff. de manumiſ. testa. l. seruos. Deferunt corpus eius ad sepulturã. de sepul. cum liberum.

Item antequã corpus sepeliant quibusdã vtunt sermonibus ꝛ postmodũ sepeliũt, ꝛ post sepulturam certis dieb⁹ ieiunant ꝛ eleemosynas tribuunt, orant p anima defuncti, q̃ oia sunt opera charitatis, pietatis ꝛ misericordie. Tertio ordinant ad vitã contemplatiuã sicut est orare ad Deum. de renun. c. nisi cũ pridẽ. de his quidẽ orationib⁹ habeť plene in clemen. vnica. de reliquijs ꝛ venera. sancto. † Quo ad secundã questionem

3 qua q̃rebať an iste cõfratrie sint licite ꝛ constituant collegium ꝛ habeant ius collegij ꝛ vniuersitatis. Dicebat glo. xj. q. j. c. si qui clericorum. q̃ iurationes q̃ fiunt super relicta licite sunt. xvij. q. vij. sane. j. q. j. concussionis. xxij. q. j. c. j. sed super re illicita nõ tenet, vt. d. c. si q clericorũ. Prohibenť ergo fraternitates q̃ fiunt ad malũ. C. de monopol. l. vnica. sed bone fraternitates admittunť. xlij. di. si qs despicit. Dicebat aũt Archi. in. d. c. si qs. xlij. di. q̃ si in statutis siue ordinationibus alicuius confratrie ita dictum est. s. q̃ semel vel bis oẽs simul in anno ꝯueniant cõfratres ad tractandũ de salute animarũ ad celebrandũ missas ꝛ orationes pro viuis ꝛ defunctis ideſt ad excitandam deuotionẽ. Et ideo expendãt certã quãtitatẽ singuli ex quo reficiãtur ꝛ prouideatur pauperibus. hec quidẽ licita sunt dũmodo intentiones licite sint ꝛ munde ꝛ simpliciter in deo fixe: quia

4 que propter † bonum fiũt reprobanda non sunt. xxij. q. v. de occidendis. ꝛ subdit ibidem, si fraternitates sunt ita ꝯstitute q̃ nullus recipiatur nisi promittat singulis annis se daturũ. x. an hoc erit licitum. Respõdeo quod si fiat propter honestam causam vtpote pro alendis pauperibus, p redimendis captiuis vel similibus non est simonia nec sunt reprobande, vt. d. c. si qs. ꝛ ar. xxvj. q. ij. nõ exẽplo. Quidã tñ dicunt q̃ predicta forma non est licita: q̃ excludit pietatem, scz ne quis recipiatur nisi soluat. Sed si fiat statutũ per verba affirmatiua, scz si quis fuerit receptus soluat tantũ: tunc valet. Dicebat Inno. de dona. inter dilectos. circa fi. quod licitum est collegium illorũ qui deseruiunt hospitalitati. ꝛ idem tenet ibi Hosti. et Jo. dicebat etiam de excess. prela. ꝛ subdito. c. dilecta. in glo. magna. in ver. illud autẽ. q̃ possunt aliqui facere collegiũ causa religionis vel pietatis ꝛ in idem nomẽ sumant. verbi gratia. Collegium inuã tium oppressos, colligẽtiũ eleemosynas ꝛ sic de singulis. ꝛ hoc probatur per. l. j. ff. de colleg. illi. vbi dicitur q̃ licita sunt oñia collegia

5 † que fiunt causa religionis. premissa dũmodo nil faciant ꝓtra senatusconsultum, ideſt dũmodo nihil mali faciãt occasione collegij, et ꝓpter hoc prohibetur fieri collegiũ q̃ fit ad malum. ꝛ hec collegia licet bonum nomen habeant, faciunt illicitũ collegium. ꝛ ideo destruendum. ad hoc facit. l. vlti. ff. de colleg. illici. ꝛ subdit ibi Innoc. q̃ clerici possunt constituere vniuersitatem causa religionis. s. vt celebrent missas p viuis ꝛ defunctis vel similibus. ꝛ subdebat ibi Inno. q̃ tale collegiũ vt rector eius subest superiori. ꝛ ideo ad superioris dictũ destrui põt ꝛ prohiberi ne incipiat ideſt ne constituať collegiũ. quod dictum Inno. vť intelligi q̃ superior videret illud fieri vel presumi fieri ad malũ: quia tunc potest prohibere ne fiat collegium, et si factum est potest illud destruere. pro hoc est casus. l. j. de colleg. illici. quod est bene notandum. Dicebat Bart. in. l. j. de colleg. illici. quod causa religionis collegia sunt permissa de iure communi, vt dicta. l. j. ꝛ. l. j. circa principium. ff. quod cuiusq; vniuersita.

6 nomi. vnde collegia disciplinatorum † ꝛ collegia misericordie ꝛ similia licita sunt ex quo fiunt propter pietatem obseruandam, secus si fierent ad tractandum ea que respiciunt regimen ciuitatis. Ex his omnibus ad predictã questionẽ concludamus q̃ confratrie sunt licite ex quo fiunt ad bonũ, ꝛ q̃ constituunt collegium, et q̃ habent ius collegij ꝛ vniuersitatis.

Quo ad tertiam questionem qua q̃rebať an tales cõfratrie sint capaces hereditatũ ꝛ legatorum. Rñ. sunt capaces: q̃ sunt collegia licita. casus est. l. cũ senatus. de re. du. C. de here. instit. l. collegiũ. de iure. l. j. Quo ad quartam qõnem qua q̃rebať an de his q̃ relinquunť fraternitati debeat canonica portio epõ. Premittendũ primo est q̃ sunt ãdã fraternitates habẽtes domũ ꝓpriã in qua est oratoriũ vel capella in qua celebrant diuina officia autoritate dioceſani: q̃ sine eius autoritate ibi celebrare nõ posset. de cẽsi. in. c. vl. ꝛ i qua domo ꝯgregant illi de fraternitate. ꝛ ibi audiũt diuina ꝛ certis orationibus vtunť, ac etiã quibusdã vestimentis se induunt, q̃ñq; albis ꝛ q̃ñq; nigris ꝛ disciplinant se certo modo eorũ corpora lacerando, habent etiã cõfessorem certi ordinis cui eorum peccata in foro penitentiali cõfitentur ꝛ penitentias eisdem iniunctas peragunt.

Sunt et quedã fraternitates habẽtes † hospitale in quo hospitali eleemosyne ꝯplurime pauperibus

7

Source : BIU Cujas

ribus Christi aduenientibus largiũtur de bonis dicte fraternitatis. Dotantur pauperes mulieres nõ habẽtes dotes, ꝛ gubernantur ꝛ alimentantur expositi ꝛ traditi infantuli quorũ genitores ignorãtur: ꝛ sepius fit in anno apud dictas fraternitates vniuersalis charitas ꝛ eleemosyna quibuscũq; pauperibus accedere volentibus ꝛ infirmi pauperes in dicto hospitali retinentur et gubernantur de bonis dicte fraternitatis deuenit in pios vsus ꝛ eleemosynas ꝛ vestimentis pauperum erogatur. Cui quidem fraternitati in vltimis voluntatibus relinquitur sub varijs ꝛ diuersis formis. Quandoq; enim relinquitur amore dei, aliquando pro animabus testantium aliquando simpliciter, aliquando pro melioramento dicte fraternitatis. Aliquando pro eleemosynis fiẽdis per dictã fraternitatem. Aliquando pro lectis ꝛ indumẽtis ꝛ alimonijs pauperũ. Aliquando relinquuntur bona ea cõditione vt denẽ amore dei, vel in alios pios vsus seu pias causas priores dicte fraternitatis erogẽt. Quarum etiam fraternitatũ constitute sunt quedam per laicos, ꝛ semp habuerunt rectorem laicum, ꝛ in oĩbus causis eiusdẽ fraternitatis tam in agendo ꝙ in defendendo iudex secularis deputatur. Nunc
8 querit an de obuentionibus † huic fraternitati iure institutionis ꝛ legati debeat canonica portio epõ. Reperio quosdã docto. magne autoritatis cõsuluisse ꝙ canonica portio non debeꝫ epõ de legato fraternitati q̃ nõ est de iurisditione epi, cum epsnõ habeat ibi iurisditionẽ exercere, cũ non sint religiosa loca vel ecclesiastica, quibus nõ possunt accedere ecclesie nec alia iura spiritualia. de preb. cle. per literas. de religio. domi. ad hec. facit de elec. sacrosancta. ꝛ. c. massana. ꝛ ita consuluit Federi. de Senis.

Reperio aũt dominum Pau. de leaza. dicentem in cle. quia contingit. de religio. domi. ꝙ huiusmodi loca non debent prestare nec decimam nec similia iura. Reperio etiam profunde scientie dominum Bal. egregium doctorẽ de Perusio tenuisse in suo tractatu quem super hoc fecit canonicam portionem non deberi, dicentem qõ licet qñ loco relinquitur puta hospitali: tunc canonicã portionem deberi. de testa. requisisti. secus si relinquatur fraternitati: quia videtur legare personis respectu psonarũ, ita ꝙ ipse persone possint cõsiderari seorsum ꝛ in abstracto a loco: tunc non debeꝫ ca-
9 nonica portio, vt. d. c. requisisti. in fi. † Sed quomodo cognoscetur ista separabilitas persone a loco vel inseparabilitas. Respondeo: qñ persona est obligata loco ꝛ inserta loco, sicut sunt canonici ecclesie: tunc collegiũ est in ecclesia, ꝛ ecclesia est in collegio, ꝛ vnum sunt. Est enĩ inseparabilis coniũctio, vt. d. c. requisisti. sicut videmus in professis respectu monasterij vbi est ista coniunctio inter professos ꝛ monasteriũ ꝙ est inseparabilis cõiunctio. de iureiur. c. sicut. xvj. q. j. c. qui vere. Sed qñ inter collegium ꝛ locũ nulla est coniunctio, ibi collegiũ per se decernitur, ꝛ ita videtur in istis fraternitatibus: qz nulla cõiunctio spiritualis est ibi ꝛ possunt illi de confratria libere discedere a loco. facit qõ no. Inno. de excess. prel. ꝛ subdito. dilecta. ꝛ ideo quia possunt per se considerari ꝛ non respectu loci, relictum istud censetur factũ personis ꝛ non pio loco, ꝛ ideo videtur qõ episcopus non debeat habere canonicam portionem ab eis. Est enim ista pura ꝛ simplex cõgregatio laicorum quemadmodum ergo epi
10 scopus † nõ debet habere canonicam portionem de eo quod relinquitur vniuersitati scholarium vel collegio mercatorum ita eodem modo non debet habere si relinquatur collegio vniuersitatis. nulla enim est cõiunctio spiritualis inter eos et ipsum episcopum nec subsunt ei quo ad legez iurisditionis vel diocesanã. Preterea licet isti viuant quodãmodo ecclesiastico ritu, ꝛ habeant oratoriũ ꝛ altare, tamen ꝑm veram existentiã status eorũ ipsi sunt precise laici.

Preterea qua ratione diceremus eos teneri ad canonicam portionem, diceremus eos teneri ad alia capitula legis diocesane, puta ad charitatiuũ subsidium qõ est magis priuilegiatum ꝙ portio canonica episcoporum. Sed istud est falsum: quia nullo iure cauetur ꝙ teneantur ad charitatiuum subsidium. Nam charitatiuum subsi
11 dium per episcopum † exigitur ab ecclesijs non autem a laicis. de censi. cũ apostolus. ꝛ in extrauagãti. vas electiõis. ergo apparet euidenter quod non subsunt episcopo quo ad legem diocesanã, et per consequens nec quo ad canonicam portionem de qua querit. Preterea a quo remouetur genus, ab eodem remouetur ꝛ species eius quelibet. Nam cum species includatur sub genere, ergo remoto genere remouetur et illa species. Non enim esset remotio generis illa specie per se remanente. de elec. in genesi. ergo a quo remouetur lex diocesana, remouetur quodlibet eius capitulum. Nec obstat si dicatur quod de legato pauperibus certi hospitalis debeatur canonica. de testamen. requisisti. Respõdeo, quia hoc procedit: quia pauperes habent coniunctionem cum episcopo ꝛ pertinẽt ad eius specialem protectionem. de offi. delega. c. significantibus. ¶ Item quia pauperes sunt in hospitali ꝛ hospitale in pauperibus ꝑ quãdam inseparabilem significationem, sicut ascriptitij sunt in gleba, vnde vnum sine reliquo non potest considerari. l. quemadmodum. de agri. et censi. Preterea ꝙ nõ debeatur canonica probatur: quia officium ꝛ cura episcopalis remouetur a fraternitate: quia laici episcopo non subsunt nisi ratione causarum que sunt de foro ecclesie. de exceptionibus. c. ij. lib. vj. ergo remoto officio ꝛ cura episcopali cessat canonica q̃ est primum cure ꝛ officij. de neg. gest. l. nesennius. de alimen. lega. l. alimenta. §. heredibus. de lega. ij. l. si quis quos.
12 de condi. ꝛ demon. l. si quis. † Preterea nullam videtur epõs habere participationem iurisditionis nec cure cum huiusmodi fraternitatibus laicorum, ergo cessabit canonica quemadmoduz dicimus in exemptis a quibus episcopus non potest percipere canonicã portionem, quia caret iurisditione ꝛ cura illorum. de testamẽ. c. officij. Acquirat ergo fraternitas sibi ꝛ non episcopo. Censentur enĩ emãcipati a iurisditione ꝛ potestate episcopi de iure cõmuni. ergo nihil querit episcopo sed sibi, sicut dicimus in filio emãcipato qui acquirit sibi ꝛ non patri, vt in. l. cum oportet. C. de bonis que libe. Preterea ex quo sublata est obsequialis obedientia ad quam non tenetur fraternitas episcopo quo ad respicientia laicos, vt in dicto. c. ij. de excep. libro. vj. Tolletur pecuniarium commodum. l. fi. de bonis que libe. sicut videmus in exemptis qui sicut eximuntur ab obediẽtia episcopi. de priuileg. si papa. lib. vj. ita eximuntur a quolibet cõmodo pecuniario ad qõ ante exemptionẽ tenebant episcopo ex lege diocesana vel iurisditionis. de priuil. in. c. ex ore. de excess. prela. ꝛ subdit clemen. frequens.

13 **Preterea si huiusmodi** † fraternitati episcopus non cõmunicat suas actiones, ergo eidem non cõmunicabitur aliquid per fraternitatem. C. de col. l. vt liberis. Preterea tale collegium laicorũ qõ insurgit ex ordinatiõe fraternitatis. de colle. illici. l. j. nõ est collegiũ sacrum ꝛ religiosum: quia constituere loca sacra ꝛ religiosa pertinet ad diocesanum ꝛ non ad laicos. de religio. domi. c. ad hec. facit qõ no. in clemẽ. per literas. de preben. de religio. domi. clemen. quia cõtingit. Preterea hoc legatum videtur fieri respectu personarum ipsius fraternitatis, ergo acquiritur personis quasi contemplatione earum censeatur legatum. de testamen. requisisti. Preterea iura exprimentia de canonica portione prestanda exprimũt ꝛ declarãt loca que tenentur ad canonicam. Exprimunt enim de ecclesijs et hospitalibus ꝛ pijs locis, vt dicto. c. requisisti. de testamen. inter q̃ loca nihil disponitur de fraternitatibus, ergo censentur esse exem
14 pte ab huiusmodi canonica. † Nam expressis quibusdam locis excluduntur alia loca non expressa, sicut interdicto vno loco non cõprehendit alius locus. de postu. c. j. sicut etiam expressis quibusdaz psonis, non includunt nec cõprehendunt alie persone non expresse. de rescrip. sedes apostolica. de priuil. in. c. sane pro hoc facit qõ no. Fede. in suis consilijs. consi. xlv. vbi dicit qõ de relictis fratribus de penitẽtia tertij ordinis beati Francisci nõ soluitur canonica. facit etiã qõ ipse Fede. notabat cõsilio. cxxv. vbi dicit canonicam portionem non deberi epõ de eo qõ legatur domui in qua morantur leprosi, quando ibi nõ est altare nec campanile, nec aliquid per quod prima facie posset dici locus ecclesiasticus, nec est memoria qõ epõs vnq̃ iura epalia ibi exercuerit. ꝛ qui tenent hanc opi. quod de his
15 que legantur fraternitati nõ debeatur canonica † portio episcopo ponunt duos casus principales.

Primus casus quando fraterni- tas nullum habet hospitale, ꝛ tunc non debetur canonica. Secundus casus est qñ fraternitas habet hospitale: ꝛ tunc est considerare modũ ꝛ formã legãdi. Nam qñq; testator legat hospitali fraternitatis disciplinatorũ, ꝛ tũc an debeat canonica. dicunt ꝙ qñq; genitiuus non demonstrat sed significat dignitatem vel potestatez: tunc trahet ad se antecedens. C. de iure delibe. l. cũ aliquis. de cõdi. ꝛ demon. filio. Qñq; non significat sed demonstrat: tunc non trahit ad se antecedens, sed ipsum trahit ad antecedens, vt. l. si seruus cõis. de itipu. seruo. Cũ ergo hec ratio legandi presumatur ipsa pietas, vt. c. requisisti. de testa. ꝛ hoc per prius ꝛ potentius inest hospitali, ꝛ sic eps habebit quartã. ꝛ istud tenet Bald. in suo tractatu. Quandoq; legat fraternitati hospitalis disciplinatorum, ꝛ tunc iste genitiuus significat causam finalem, ꝛ videtur relictum contemplatione hospitalis. nam cũ hospitale sit dignius quam collegium laicorum, trahit ad se minus dignum. Item cuz sit magis pium, trahit ad se minus pium: quia potentius prevalet. de iure delibe. l. cũ aliquis. ꝛ de condi. et demon. cum filio. de consecra. eccle. vel alta. c. j. libro. vj. Quandoq; testator legat coniunctim: quia legat fraternitati et hospitali, et tunc medietas debetur fraternitati et alia medietas hospitali, vt. ff. de condi. ꝛ demonstra. l. cum fundus. ꝛ tunc de legato quod fit fraternitati, debetur canonica episcopo. Ista distinctio non videtur procedere. Et ideo notandum ꝙ quandoq; le
16 gatur † hospitali cui accedit fraternitas, ita ꝙ hospitale sit per se principale ꝛ fraternitas sit accessorium, et tunc debetur canonica. Ratio est qz hospitali est legatum. Quandoq; fraternitas est per se principale ꝛ hospitale accessorium ꝛ legatur fraternitati: et tunc non debetur canonica episcopo, quia non est legatum contemplatione hospitalis, sed contemplatione fraternitatis. facit in ratio-

Source : BIU Cujas

ne sui. de testa. c. requisisti. Sed procedit dubium si legatur fraternitati que habet se, vt accessorium ad hospitale, ita q hospitale censeatur vt principale an debeatur canonica episcopo. Respondeo debetur: qr inspicimus qđ est principale r sic legando fraternitati videatur legari hospitali. Idē si hospitale venit accessorie ad fraternitatem, ita q fraternitas sit per se vt principale r legetur hospitali, videl legari cōtemplatione fraternitatis: qr inspicimus qđ est principale, ergo non debetur canonica episcopo tenēdo opi. q de his
17 que legantur fraternitati † vel presumuntur ei legari nō debeatur canonica epō. r hoc bene videtur probari. de preben. clemē. per literas. in glo. que incipit, quia talia loca.

Sed tunc incidēter queritur. Ponamus q est aliqs locus qui vocatur locus beati Jacobi, habēs hospitale et fraternitatem, r aliqs legat illi loco beati Jacobi, nec aliquid exprimit, an legat hospitali vel fraternitati, nec pōt apparere an fraternitas accedat hospitali vel ecōuerso cui videl tunc legari, an fraternitali, vel hospitali, vel vtriq. videl quod in dubio si non apparet qđ sit principale r qđ accessoriū, qđ tunc debeamus cōsiderare, q si apparet possessio r denoiatio per quā possumus alterū preeligere illud sequimur. de prebē. cū de beneficio. lib. vj. de proba. per tuas. Patet exemplum, qr ille locus denoietur principaliter locus fraternitatis, vel locus hospitalis. Si vero ex possessione vel denoiatione nō apparet quod sit principale: tunc videtur qđ censeaī legatum ratione hospitalis: qr magis cōsideramus hospitale quod est locus pius q̄ ipsam fraternitatem per superius dicta, r debetur canonica episcopo. Ex predictis rationibus quas posui. s. ad partē negatiuam, scilicet qđ de legatis factis fraternitati non debeatur canonica portio episcopo.

Arguamus ad partem affirmatiuam q debeaī canonica portio epō de relictis factis fraternitati, qđ probatur istis rationibus. Primo qr non debemus recedere a regula que est q de omnib⁹ relictis eccleſie vel pijs locis eps debet
18 habere canonicā portionē, vt. c. officij. r. c. requisisti. de testa. † Et locus vbi fraternitas congregaī est locus pius. Nam ibi deus colitur r ordinata est talis fraternitas ad actū discipline ad charitatē pietatem r misericordiā, r ad vitā contemplatiuam, que oia pertinent ad religionē. facit qđ no. Joā. de regula. sane. ergo sequitur qđ eps debet habere canonicam portionem. Preterea isti de fraternitate viuunt ecclesiastico ritu, habetur oratoriū r altare vbi ad suam deuotionē orant, r de licētia epi faciunt celebrare diuina, ergo sunt redacti quodammodo ad instar ecclesiastici collegij, r maxime qñ habēt statuta confirmata ab epō. Preterea ea que fraternitati leganī debēt conuerti in opera pietatis: qr hac intētione relinquuntur, vt testatores non decipiantur qui de istis bene presumpserunt. de testa. c. cum tibi. de lega. ij. l. vnū ex familia. §. imperator. de isto bñ potest cognoscere eps cognoscendo non sibi appropriando. de peti. hered. l. hereditas. r hoc ad officium epi pertinet, vt. d. l. hereditas. r de testa. c. nos quidē. Preterea iste locus est ad opera dei dedicatus, r est istud collegiū licitū. xlij. dist. c. si quis. Preterea qđ le-
19 gatur fraternitati † non est de casibus priuilegiatis. in quibus cessat canonica. de quibus habetur in. c. vlti. de testa. preterea ex quo loca pia tenentur ad canonicam epō, vt. d. c. requisisti. de testamen. ergo debeatur canonica. quod autē iste sit locus pius patet: qr illa sunt loca pia in quibus pauperes alunī r alia charitatis opera exercenī. xxiij. q. vlti. sancimus. j. q. vij. si quis omnē. r in Spec. de instrumen. edi. §. nunc vero. versi. r scias.

Preterea ad diocesanum pertinet ingrere an opera charitatis ibi exerceantur. C. de episcopis r cleri. conuenticulam. r de cēsi. c. j. in vj. ergo iurisditionē habet in fraternitate: qr hoc spectat ad iurisditionez r sic sub quadā gñali circa fraternitates sunt sub epō, vt. l. parabolam. C. de epis. r cle. preterea pōt eps talem fraternitatem visitare cum sit locus pius. de censi. c. j. in vj. ergo habet iurisditionem in loco r psonis. ¶ Preterea diocesanus potest im-
20 pedire † ne fiat fraternitas, r si est facta potest ex causa istā destruere, ergo patet qđ habet iurisditionē in locis r psonis. ¶ Preterea que legantur fraternitati legātur vt collegio, r nō vt singularibus personis, nec contēplatione singularium personaruz, sed p amore dei r pro anima, r q nō legetur singularibus personis patet: qr fraternitas qđ est nomen iuris r intellectuale constituit collegiū, vt. l. j. ff. de coll. illici. Idē est ergo legare fraternitati quod collegio, sed q legatur collegio non censetur legari vt singulis de collegio, sed censeī legari tāq̄ collegio. xij. q. ij. qui manumittit. Cū ergo ab epō non removeaī cura nec cure premiū. C. de lega. l. ab administratione. de alimē. leg. l. alumne. de leg. ij. l. si qs quos. de cōdi. r demō. l. si qs. de preb. cū ſm Apostolū. r sic nō ob. l. ij. de nego. gest. r. l. seio. de alimē. leg. Cū ergo officiū r cura epalis removeatur ab hmōi fraternitatib⁹ ergo ei debeī canonica. Itē cū eps habeat participationē in huiusmodi fraternitatibus ergo participabit rebus que primitiua acqsitione fuerūt iuris eoz. de bonis q̄ lib. l. cū oporteat. Item
21 cum obsequialis † obedientia diocesano in huiusmodi fraternitatibus competat, non debet tolli pecuniarium commodum, vt. l. fin. de bonis que libe.

Nunc venio ad respōdendū his que dicta sunt p do. Fede. q cōsuluit nō debere canonicā portionē epō, cū non sit locus religiosus nec ecclesiasticus nec subiectus iurisditioni epi. Respon. locus religiosus potest, accipi dupliciter. vno modo ppter autoritatē epi interuenientē. de relig. domi. c. ad hec. r tunc isto modo sic sumendo fateor qđ fraternitas nō est locus religiosus. Secūdo modo sumit̄ locus religiosus qr deputatus est religioni idē ad obseruantiā eoruz ad q̄ religiosi tenentur sicut est ad opera charitatis: r tunc si large sumendo fraternitas dicit̄ locus religiosus. licet nō sit ordinata autoritate epi. Nō ob. qđ dicebat Fed. q locus nō est ecclesiasticus: qr fateor q nō est ecclesiasticus stricte sumēdo locū ecclesiasticū. de ꝙse. eccle. vel alta. c. cū sicut. Sed large sumendo est ecclesiasticus: qr ritu ecclesiastico regitur, sicut est ad actū discipline ad opera pietatis, r ad vitā contēplatiuam. Itē non ob-
22 stat quod dicit Fed. q fraternitas † non est sub iurisditione episcopi: quia hoc nego vt superius dixi.

Nunc venio ad respondendū rationibus r dictis do. Bal. Et primo ad id qđ dicit q legatum fraternitati censetur legari vt personis singularibus: qr hoc nō est verū qr immo censeī legari tāq̄ collegio: qr fraternitas r collegiū habēt se vt idē, vt superius dixi. Ite nō obstat qđ dicit q persone fraternitatis possunt cōsiderari seorsum r in abstracto a loco, hoc non est verū donec durat collegiū r sunt in collegio: qr non est dare in collegium separatis personis a collegio. ff. de leg. j. l. grece. Sed bene fateor qđ recedentibus personis a collegio iste persone seorsum se habent a collegio. Ratio quia non sunt de collegio. facit de elec. constitutis. Itē nō obstat qđ ipse dicit qūo cognoscatur separabilitas persone a loco vel inseparabilitas. Dicit em̄ quod qñ persona est obligata loco r inserta loco, sicut sunt canonici ecclesie vt vnū corpus sunt. dicit em̄ qđ tunc est inseparabilis cōiunctio, sed qñ inter collegium r locū nulla est coniunctio, ibi collegiū per se discernitur r ita dicit esse in istis fraternitatibus: qr nulla cōiunctio spiritualis est ibi, ēt isti possunt de ꝙfratria libere discedere a loco, certe istud suū dictum facit pro hac opinione q debeatur canonica epō. Nam isti de fraternitate sunt obligati r inserti collegio canonicorū, ergo est inseparabilis coniunctio durante collegio fraternitatis r remanentibus hominibus in fraternitate: qr tunc pſone nō separātur a collegio, nec collegiū separaī a pſonis. nec obstat si dicat qđ pſone
23 fraternitatis † possunt recedere a frnitate: qr fateor. vt. l. j. de colle. illici. sic r canonici possunt recedere a collegio canonicorū trāsferendo se ad aliam ecclesiam vel ad collegiū. de renun. admonet. r. c. qđ in dubijs. r ideo est inseparabilitas r separabilitas vniformiter in collegio canonicorum sicut in collegio fraternitatis. nec ob. qđ ipse dicit q est nulla spiritualis ꝙiunctio inter personas fraternitatis r fraternitatē: qr large est ista spiritualis cōiunctio propter vitā contemplatiuā r opera charitatis eorū, r lz proprie r stricte nō sit spiritualis cōiunctio, sumendo spiritualia pro his que nō cadunt in laicum. de electio. sacrosancta. r. c. massana. Itē non obstat qđ ipse dicit q fraternitas sit pura ꝙgregatio laicor r sic cesset canonica, sicut r cessaret cū legaretur collegio scholariuz vel mercatorū. Ista ratio
24 non bona: qr collegiū † scholariū et mercatorū nō est deputatū ad pios vsus, sic collegiū istor de fraternitate. Itē nō ob. qđ ipse dicit q nulla est coniunctio spiritualis inter hos de fraternitate et ep̄m hec ratio non procedit: qr immo est ꝙiunctio, qđ procedit ex iurisditione r cura quā habet eps in loco fraternitatis. simile de testa. c. requisisti. Itē non ob. qđ ipse dicit q fraternitas non subest epō quo ad legē iurisditionis nec diocesanaz. Hoc non est verū, quia subest epō quo ad legem iurisditionis vt superius dixi, ergo r quo ad ius canonice portionis q̄ competit ex lege iurisditionis. de sta. mo. c. j. Nec ob. q ipse dicit a quo remouetur genus r quelibet ei⁹ species. Respon. non remouet̄ genus iurisditionis, ergo non remouetur species canonice portionis.

Quo ad quintā questionem qua querebaī qđ
25 fiet de bonis que obueniūt fraternitati inter viuos † vel in vltima voluntate, r destructa vniuersitate, de hoc dixi in. xiij. qōne principali, q̄ incipit, decimotertio q̄rit principaliter de his que legantur hospitali r c. r in. vij. qōne incidēti que incipit, septimo querit̄ si aliquis cōstruat hospitale. Demū querit̄, in ciuitate Perusij est q̄dā fraternitas vel vniuersitas hominū deuotorū r a iure approbata q̄ habet pro confessore vel penitētiario singulorū de ipsa fraternitate quēdam fratrem predicatorem quem suus prelatus ad tale officium deputauit. accidit q quidam de dicta fraternitate seu vniuersitate heredē instituit dictum penitentiariū seu cōfessorē dicte fraternitatis. deinde dictus ꝙfessor ad episcopatū vocatus est, r a suo

prelato

Source : BIU Cujas

prelato licentiam obtinuit consentiendi ꝛ transeundi, ꝛ ab eo absolutus extitit. ꝛ dum iam cõfirmatus ꝛ consecratus ꝛ in officio penitentiarie perseuerans accederet ad episcopatus possessionem habendã ꝛ vicinus existeret hereditatẽ adiuit. Queritur cui eam acqrat an illi fraternitati, an officio penitentiarie, an cõuentui predicatorũ, an episcopatui, ꝛ si nulli eorum queritur, cui ꝛ primo affirmatiue arguamus ꝑ quolibet mẽbro, deinde negatiue, deinde soluemus cũ responsionibus ad cõtraria. Et primo ꝙ acquiritur fra-
26 ternitati † arguitur per. l. cũ quis. C. de iure deliberan. vbi dicitur qõ si aliquis instituit aliquẽ per hec verba, seruum illius heredem instituo. qõ status questionẽ petiebatur intuitu domini videt̃ institutus, siue pronũtiet̃ liber siue seruus. Ad idẽ facit lex que dicit qõ relictũ ciuibus alicuius ciuitatis ꝛ illi ciuitati relictũ vr̃. ff. de re. dub. l. ciuibus. Ad idẽ de annuis lega. l. annua. ℊ. j. de offic. delega. c. quoniam abbas. Nã ministerio istius queritur vniuersitati. Preterea quoties concurrit nomẽ ꝓprium ꝛ appellatiuum, ꝓprium appellatiuo prefertur. ff. de stipu. seruo. l. si seruus cõmunis ita. ij. ꝛ iij. responso. vbi seruus fuit stipulatus Titio ꝛ seio dominis suis eis pro viribus, sic in proposito hic fuit nomẽ appellatiuũ confessoris ꝛ nomen ꝓprium vniuersitatis.

Preterea iste confessor gessit officium penitentiarie tẽpore testamenti ꝛ mortis ꝛ hereditatis aditionis, ꝛ sic tria tẽpora concurrunt, ꝛ sic habet potiora iura ꝙ alij. ff. de heredi. institu. l. si alienuꝫ.
27 ꝛ. l. sed ꝛ si. ℊ. solemus. ꝛ qui potiora † iura obtinet ille obtinere dr. de proba. licet. de iure patro. suggestum. ꝛ ibi glo. Preterea cũ iste testator esset de corpore istius vniuersitatis a qua multa beneficia ꝛ ꝙsolationes recepit, videt̃ potius in dubio sensisse de ipsa cui obligatus erat ꝙ alio loco. ad hoc de testamẽ. cum in officijs. sicut alias dicimus quod relictũ prelato ab amico vel coniuncto intuitu persone videtur relictũ, per idem videtur relictum, vt de testamẽ. registi. Sic iste cum esset filius illius vniuersitatis, de illa potius sensisse videtur. Sed quod officio penitentiarie acquirat sic probo. dignitas, personatus ꝛ officiũ equiparantur in iure, vt patet de consue. c. j. de preben. quia sepe. ꝛ cap. antepenulti. ꝛ cap. vlti. lib. vj. cuꝫ similibus. Item sicut constituti in personatibus ꝛ dignitatibus habent successores qui succedunt in onere ꝛ honore, sic ꝛ habẽtes officia, posito ꝙ ista officia sint sine administratione rerũ tẽporalium. Exemplum. in officio inquisitionis, in officio notariatus. de hereti. vt cõmissi. ꝛ cap. vt officium. ꝛ in officio vicarie. de offic. vic. c. j. et
28 ꝛ. ij. lib. vj. † Item penitentiaria dicitur officium, vt patet de elec. c. ij. ver. eo tamẽ prouiso. in cle. ac in proposito certo certius est, qõ si aliquid relinquat̃ constituto in dignitate vel personatu proprio nomine nõ expresso, de dignitate sensisse videtur in. d. c. requisisti. ꝛ per iura posita in argumento precedenti in secundo argumẽto. Sic ꝛ in casu nostro videtur sensisse de officio penitẽtiarie: quia de similibus simile debet esse iudicium. ꝛ vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem ius. de transla. inter corporalia. de confir. vti. vel inuti. cũ dilecta. ꝛ quia maior cõiunctio ꝛ affinitas videt̃ esse inter penitentiarium ꝛ officiũ quam inter penitentiarium ꝛ illam fraternitatẽ, maxime cũ officiũ audiendi cõfessiones, absoluendi. ꝛ penitẽtias iniungendi non competat vniuersitati sed singulis vt proponitur in themate. ꝛ probatur de sen. excõ. si sententia. ℊ. vlti. li. vj. ꝛ ꝙ officium in plurimis assimuletur dignitati ꝛ personatui ꝛ administrationi patet, quia in his que not. Archi. de consue. cap. j. in glo. magna. in fi. lib. vj. vbi tractat de officio.

Preterea pro ista parte faciunt iura posita. s. in proximo tertio argumento de tribus temporibus. Item quia iste testator plura bona sensit ab officio penitentiarie ꝙ a sua vniuersitate, quia ab illa temporalia, ab
29 ista spiritualia † que sunt preferenda. de maio. ꝛ obedi. solite. xvj. q. j. precipimus. etiam quia cariora ꝛ digniora recepit ab officio penitentiarie ꝙ a sua fraternitate, ideo in dubio magis videt̃ sensisse de officio penitentiarie. ad hoc de testamẽ. cap. cum in officijs. Sz quod acquiratur conuentui fratrum sic probo. Nam sicut per filiũ patri et per seruum domino acquiritur, insti. per quas perso. ꝑ totum. ff. de acqui. rerum domi. l. acquiritur. sic per monachum acquiritur monasterio. Nam monachus siue religiosus seruus dicitur. liij. di. multos. ꝛ non habet executionẽ voluntatis vel noluntatis. xij. q. j. cap. non dicatis. ꝛ de elec. ũ religiosus. ꝛ cap. quorundam. de testamen. cap. ij. lib. vj. ꝛ capitu. in clemen. de statu monach. cuꝫ ad monasterium. ℊ. j. ꝛ plus exuitur propria voluntate monachus ꝙ seruus. Nam vbi seruus etiam excoriatus a domino adeat hereditatem, non acquirit domino. C. de heredi. institu. l. iij. ꝛ in dicta. l. acquiritur. sed monachus non potest nolle ꝛ eo non adeunte adit monasterium, qr non potest nolle, vt no. Arch. xvij. q. j. cap. vno. ꝛ probatur. C. de boñ. que libe. l. fi. ℊ. si autem in secũda. Idem recitat Innoc. in. ℊ. antepenultimo. Sed in vltimo videt̃ tenere cõtrariũ. facit ad ꝑmissa extrauagãs Bonifacij olim grauib⁹. vltra mediũ. ℊ. ad hoc autẽ. immo posset attẽptari qõ monachus nõ possit
30 adire. Sed aditio † ꝛ repudiatio cõpetat monasterio per hoc qõ no. de sen. excõ. parochianos. institu. de iniur. ℊ. seruus autem. ꝛ de sepul. super cathedrã. vltra mediũ. in cle. in glo. per hoc dicit ꝙ cõmissio predicta nec hanc acquisitionem impedit ꝙ gerat officium penitẽtiarie. Nã ꝑ hoc officiũ nõ desinit esse claustralis, ꝛ semp fuit subiect⁹ ordini, ꝛ in ordine ille q acqrit, ordini acqrit, vt. ꝛ vij. q. j. c. vno. quod nõ est in casu proposito. Sed quod acquirat̃ episcopatui videtur casus in predicto. c. vnico. in rubro ꝛ nigro. vbi dicitur quod canonica electio ꝛ consecratio facit quem epm ꝛ absolutuꝫ a regula. Nam per consecrationẽ, immo per confirmationem hz ius administrandi. de elec. transmissa. etiam si possessionem nõ habeat
31 vt in casu nostro, ꝛ ibi no. Inno. Host. ꝛ compos. † Electio enim vel etiam confirmatio nihil addunt ad vinculuꝫ matrimonij spiritualis. de transla. inter corporalia.

Preterea iste fuit absolutus ab ordine nedũ a iure, sed etiam a suo prelato, et sic ordo nil habet cõmune cũ eo. xvj. q. vj. ꝙ periculosum. de renun. ex transmissa. ꝛ optime facit quod no. de infan. ꝛ langui. exposi. c. vnico. ꝛ quod no. Jo. ꝛ Host. de priuile. cum olim. ij. ꝛ Guil. in specul. de statu monach. ver. xlj. ꝛ xlij. vbi dicit quod monachus expulsus a monasterio non acquirit illi sed vagabundus immo licentiatus ꝛ absolutus, ergo ꝛc. Preterea dicitur in. l. quod si miles. de vno numero militum ad alium numerũ transfertur existens in itinere exẽptus a proprio antequam perueniat ad secũdũ nnmerũ testatur in re militari. ff. de bono. possessio. ex testamento militis. l. vnica. in fine. Ratio est qr miles est vt tibi dicitur. Cum vero hic sit vere epũs ꝛ de bonis episcopatus viuere debeat episcopatui querere debet, qr qui sentit onus ꝛc. de preben. cum secũdum apostolũ. cũ similibus. quia vicinus erat. de preben. presenti. lib. vj. ꝛ faciunt no. de elec. c. officij. ꝛ maxime vt no. Archid. xvij. q. j. in summa. Preterea iure
32 cauetur quod in hereditate acquirẽda inspicimus tẽpus † aditionis. Nam si tempore mortis heres institutus erat seruus tuus antequã adeat est seruus factus alterius vel manumissus est nõ tibi sed nouo domino vel sibi acquirit. insti. de heredi. instituen. ℊ. qõ si alienatus. ꝛ se. ff. de leg. l. si alienus. de iure deliberandi. l. nõ dubiũ. ꝛ de acquirenda hereditate. l. antistius. ff. de vsufru. l. si vsufruct⁹. in fi. vbi inspicitur tẽpus existentis conditionis. In proposito igitur cum iste sit episcopus ꝛ liber factus tempore aditionis epatui acquirit. Modo ar. restat pro parte negatiua, et primo quod non acquiratur fraternitati probo sic. certi modi scripti sũt in iure per quos acquiritur hereditas ꝛ aliarum rerum dominium, puta per seruos proprios, filios, seruos alienos bona fide possessos ꝛc. vt patet insti. per quas perso. no. acqui. per totum. ꝛ ff. de acquirend. re. domi. Sed iste confessor nullo istorum modorum vel aliquo alio astrictus est huic vniuersitati, nec ei preest vt prelatus vel administrator, nec aliqua obligatio vel coniunctio est inter euꝫ ꝛ fraternitatẽ, nec est cõfessor fraternitatis sed singulorũ, nec est idẽ in singulis aliquo iure ligatus vel astrictus vt eis acquirere possit.

Preterea vt dixi in parte affirmatiua superius in quarto articulo. Iste tẽpore aditionis non est epũs, ergo episcopatui et non alteri acquirit etiam si diceres etiam tẽpore aditionis gerebat
Item predicta dispositio testatoris non est incerta respectu cause: qz patet ꝙ testator expressit cām qz pro salute anime necnō incerta respectu eius qō legatum est patet, qz fuit expressa quātitas, sed est incerta respectu persone erga quā dz disponere quo casu dispositio testatoris includit aliā personam ꝙ personam habentē declarare, vt. l. non intelligitur de iure fisci. Item testator onerauit conscientiā executoris quasi voluerit testator ꝙ talibus personis fieret erogatio que aūt debuerat recipere a testatore licet debitū esset occultū ꝛ cā occulta, ꝛ tales essent persone quibus ob causam paupertatis foret relinquēdū. hoc em̄

12 proprie † ad salutē anime pertinet, vt. l. si quis ad declinandaz. ꝛ. l. nulli. de epis. ꝛ cleri. Preterea multum ponderanda sunt verba testatoris qui legauit executori. ꝛ. adiecta clausula ꝙ plus petere nō possit de bonis dicti testatoris, sed iam petit plus si iste executor declarat ꝙ mēs fuerit testatoris, sed iam petit plus si iste executor haberet dictas centū libras. repugnet ergo illa declaratio voluntati ꝛ mēti ꝛ verbis testatoris ꝛ iuris dispositioni. ꝛ ideo nō potuit dictus executor declarare, cū mens testatoris fuerit ꝙ illa quātitas centū librarum nō remaneret apud seipsum executorē, nec tamen illa declaratio cū ipse executor nō includatur nec cōprehendaꝫ nec intelligi nec cōprehendi presumatur in verbis, nec in mēte testatoris, nec fm iuris positionē. ꝛ sic non obstant contraria superius allegata. maxime aūt ista procedūt postq̄ ius exequendi esset devolutum ad diocesanum propter negligentiam habentis declarare: qz tempus lapsum ipso iure precluditviam habenti declarare. de supplen. ne. pre. licet. ꝛ. c. literas.

Preterea ad quid erat opus adḋicere i testamento illa verba dum testator dixit ꝙ dictus executor distribuat ad suā voluntatē prout testator eidē executori secrete imposuit. Nō enim erat oportuna hec secreta impositio qm̄ ita potuisset exp̄mere quo ad illā quantitatē cētū librarū de ipso executore sicut expressit de quātitate. x. librarū eidē executori relicta. ¶ Item ad qd erat opus onerare cōscientiā illius executoris si testator voluisset illā pecuniā cen

13 tū librarū apud executorē remanere † potestas em̄ legādi dependet a volūtate ꝛ cōsciētia legantis. l. j. C. de sacrosan. eccle. nō aūt a volūtate ꝛ conscientia legatarij. preterea in illo sermone generali non includitur persona loquēs. i. que hz loquit ꝛ declarare mentē testātis. C. de solutio. l. inquisitio. Preterea in illo testamēto sunt due presumptiones alias quisiones, vna specialis quo ad personā cui legatur: qz executor legauit. x. libras. alia est prouisio generalis ꝛ incerta respectu personarū quibus dz distribui illa quātitas centū librarū, qm̄ nulla persona fuit expressa, vt in. d. l. nō intelligiꝫ. de in. fisci. que generalis ꝛ incerta prouisio nō includit executorē cui specialiter est prouisum. ff. de ali. leg. l. alimenta. §. basilice. de le. iij. l. heres. §. j. de fun. instru. l. cū de lanionis. §. an fundus. ꝛ qō no. Bart. de seruorū stipulati. ff. si seruus cōmunis sibi.

Ex quibus concludo ꝙ dicta declaratio mētis testatoris facta p dictū executorē est nullius momēti ipso iure, ꝛ ꝙ illa quātitas cētū librarū nō dz remanere apud executorē sed dz peruenire ad manus diocesani vt illā cōuertat ꝛ eroget ad pias cās pro salute anime testatoris: ꝛ si illā pecuniā erogat alicui ecclesie ha

14 bebit canonicā, vt. c. requisisti. de testa. secus si pauperibus, cū † eps habeat distribuere p anima testatoris. procedit dubiū ꝙ cū distributio debeat fieri fm cōscientiā executoris ꝛ fm secretam fidē datā executori per testatorem an eps succedat in potestate declarandi secretam fidē testatoris ꝛ occultā conscientiā executoris: qz ius declarandi coheret persone nec trāsit ad aliū. de rescriptis, significauit. per Inno. de succes. ab intesta. c. fi. in glo. super verbo, asserunt. in ver. hoc ideo aūt. ꝛ per glo. in. l. pomponius scribit. ff. de rei ven. ꝛ per Azo. in sum. ff. de reb. dub. Querebat autē Bal. in suo tractatu de duabus questionib⁹. prima erat, testator relinquit bona sua arbitrio executoris distribuēda: modo executor distribuit quedam personis, quedam locis: queritur qualiter debebitur canonica episcopo. Respondeo id quod declarat executor videtur declaratū a testatore, ꝛ ab eo dependet tanq̄ a causa efficiente licet ab executore dependet tanq̄ ab organo, vt. l. vnum ex familia. de leg. ij. de testa. tu. l. tutores. ꝛ per glo. in cle. dudū. §. verum. de sepul. ꝛ facit de do. ꝛ contu. c. veritatis in prin.

Secūda questio sua est in ista forma, executor de quo executore loquit. ꝛ. pri. questio declarat quādam viduā in pauperē cui assignet certa bona testatoris, sed illa vidua donat hospitali misericordie illa bona assignata per executorē ꝛ venit illa vidua. Eps vult quartā inspecto ꝙ hospitale misericordie possidet illa bona assignata illi vidue p executorē sed hospitale tuet se, qz nō hz immediatā cām a testatore, sz efluxit ad eām p personā liberā ab hac quarta. Respondeo ꝙ hospitale nō tenet, vt. l.

15 pater. §. xv. de leg. iij. Nā id qō est liberum † in persona mediata est liberū in persona immediata fm Bal. aliud enim est capere a persona mediata ꝛ aliud a persona immediata. ff. de vul. ꝛ pupil. l. patris filij. dictū vero Bal. intelligo esse verū nisi per indicia ꝛ coniecturas appareat de fraude executoris. pone em̄ ꝙ in loco domicilij testatoris erāt multa loca religiosa in magna paupertate cōstituta ꝛ executor in fraudē epi preelegit magis distribuere in vidnā pauperē quā in illa loca religiosa ꝙ personam singularē. isto casu presumitur ꝙ executor in fraudem epi preelegerit personā singularē vt eum fraudaret canonica portione. Isto ergo casu debebitur canonica epo. ꝛ hec opi. probatur de testa. officij. Incidenter queritur si testator committit executori vt distribuat centum pro anima sua i. ipsius testatoris, an executor possit detrahere expensas quas fecit pro funere. Respondeo non, quia huiusmodi expense nō sunt presidium anime sed humanitatis officium. xiij. q. ij. non estimemus. ꝛ. c. anime defunctorum.

Summarium.

1 Relicta ad pias causas ꝛ pro anima que dicantur.
2 Venerabilia ꝛ pia loca que dicantur.
3 Relicta pro incertis ꝛ male ablatis quando dicaꝫ relicta ad pias causas.
4 Testator si legat centū causa nō expressa propter quā legat, nec expressa persona cui leget, nunquid censeatur legatū ad pias causas
5 Ecclesie relicta pro remissione peccatorum sunt ad pias causas.

¶ Capitulum decimum.

Venio ad decimum capitulū principale, qm̄ enim multa relinquuntur ad

1 pias causas ꝛ pro anima. Querit̄ que dicaꝫ relinqui † ad pias causas ꝛ p anima. Dicebat Spec. in ti. de instru. edit. sub rub. de testa. in ver. ꝛ scias ꝙ inter relictas ad pias cās relicta qbuscunq̄ personis miserabilib⁹ computantur, vt pupillis, viduis ꝛ peregrinis, pauperibus auxilio ꝓprio destitutis, vel rōne morbi vel etatis expositis libertis ꝛ similibus. lxxxvij. di. c. j. ꝛ per totū. hoc enim pſone in iudicijs ꝛ extra qualibet prerogatiua locaꝫ. C. qñ imperator inter pupillos ꝛ viduas. l. vnica. de epis. ꝛ cle. l. orphanotrophos. ꝛ. l. si quis ad declinandā. in aut, de ecclesia. ti. §. fi. ne cle. vel mo. c. j. de ver. sig. sup quibusdam. in fi. lxxxvij. di. §. j. ꝛ per totū. lxxxvij. di. nō satis. xxxij. q. v. regū. ꝛ. q. iij. si quis de potētibus. ꝛ. c. se. de fo. compe. ex parte. qō verū est de pupillis, viduis ꝛ peregrinis, miseris ꝛ pauperibus, nō de diuitibus ꝛ potētibus. de offi. dele. significātib⁹. de fo. cōp. ex tenore. Item etiā q̄ relinquunt monasterijs vel ecclesijs vel alijs pijs locis. de testa. c. fi. vel etiā ecclesiasticis ꝛ religiosis pſonis. pia aūt loca

2 † ꝛ venerabilia dicuntur monasteria ecclesie ꝛ hospitalia ꝛ quelibet alia in quibus senes debiles, infantes ꝛ alie persone miserabiles et languide habenꝫ, ꝛ alia charitatis opera exercenꝫ, vt in. d. l. si quis ad declinandā. ꝛ in. l. orphanotrophos. ꝛ in aut. eo. tit. §. fi. ꝛ de reli. do. de xenodochijs. ꝛ. c. se. xxij. q. fi. §. quāuis. ꝛ in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. l. illud. de mēdicātib⁹ validis. l. vnica. li. xij. Item etiā vt dicunt quidā que relinquunt ad custodiā ciuitatis ꝛ locorum, ar. de immunitate eccle. c. j. ꝛ. ij. C. de dona. l. pe. ar. tñ cōtra in d. l. illud. vel a refectione pontiū. ꝛ viarū, ꝛ murorum, ꝛ fossatorū, ꝛ castrorū, ꝛ similium, ꝛ hoc si necessitas immineat, aliter nō, de sacrosan. eccle. l. ad instructionē. C. de operibus publi. l. omnes prouinciarum. ꝛ. l. ad portus. de quibus. de mune. ꝛ one. l. fi. lib. x. C. de prima. do. l. aut. ꝛ. l. pe. lib. xj. de immu. eccles. c. non minus. ꝛ. c. aduersus. argumentum contra in. d. l. illud.

Source : BIU Cujas

Item etiam que legantur in ornamētis ecclesie, vel p eis siue pro fabrica ecclesie, vel pro luminarib⁹, vel anniuersarijs, vel pro alijs ad diuinum cultum temporalem vel perpetuum pertinentibus. de testa. c. fi. Item etiam dicunt quidam vbi legatur aliquid pro emēdis fossatis factis ꝛ generaliter pro omnibus que p anima relinquuntur, vt. l. nemini licere. C. de sacrosanc. eccle. super eo autem qō dicebat Spe. q relicta pro incertis ꝛ male ablatis dicuntur relicta ad pias causas. Dicebat Jo. in addi. Spe. sup. d. §. ꝛ
3 scias. q relicta† p incertis ꝛ male ablatis dicunt relicta ad pias causas qñ relinquuntur ecclesijs, pauperibus, vel similibus personis: sed secus si relinquuntur alijs personis, maxime coniunctis, puta vxori vel amicis, vel vicinis, vel similibus personis. Nam non consideratur qualiter dicat testator se legare, sed consideratur cui legat. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. illud. ꝛ institu. de lega. §. longe magis. C. de falsa causa adiecta legato. per totum. ꝛ ista fuerunt verba Joan. an. recitando dicta Nicolai de matarellis. Sed aliter dicebat ipse ibidem. Dicebat enim indubitatum esse, q que relinquuntur ecclesie vel pauperibus dicunt ad pias causas relicta: sed nō est verum, qr non ponderet causa ppter quam legatur cū de qua pia causa loquamur. dicebat enim ibidē Jo. si filius legat matri p anima, an istud legatū censeatur ad pias causas. videbatur q sic, vt. l. illud de sacrosan. eccle. ꝛ l. sancimus. eo. ti. ad fi. quia inter parentes ꝛ liberos est pietas. vt. l. ij. de inof. testa. Solutēdo dicebat q si mater est pauper, cēseatur ad pias causas. C. de episco. ꝛ cle. l. si quis ad declinandā. ver. vbi autem. ꝛ ver. quis enim pauperis. si aūt est dives, non censebit ad pias causas. C. de sacrosan. ecc. l. illud. Et subdebat
4 ibidem, q si aliquis legat† centum nō expressa causa ppter quā legat, nec expressa persona cui leget, q illud cēseatur legatuz ad pias causas, ꝛ pro anima ꝛ pauperibus sit erogandū, qō est bene notandum. dicunt etiā quidam q ad pias causas relinqui dicit quando relinquitur pro alimentis. ff. de alimē. lega. l. si cui, vel quando relinquitur ad constructionē pontium vel itinerum. vt dicit glo. ff. ad. l. falci. l. j. §. ad municipium. dicit glo. in. l. si quis titio. de leg. ij. q relictum pro anima censetur relictum ad pias causas: qr verisimile est testatorem voluisse preuenire legatum suū, vel in ecclesiam vel pauperes: dicitur etiā ad pias causas qñ legatur ecclesie, hospitali, pauperibus. de sac. san. eccle. l. illud vbi est casus, vel pro redemptiōe captiuorum. C. de episco. ꝛ cle. l. nulli. in aut. de ecclesiasti, tit. §. si quis etiam. §. si se, vel pro alimentis pauperum, pro quib⁹ alendis alienari possunt bona ecclesie, vt in authē. interdicimus. de ecclesiasti. titu. ꝛ xij. q. ij. aurum. dicebat glo. C. ad. l. falcid. authē. si mulier. qō ad piam causam censetur legari quando legatur pro ecclesia fabricanda vel reficienda, vel ad pontem vel aliquid simile.

5 Item que relinquuntur† ecclesie pro remissione peccatorum sunt ad pias causas. de foro competen. capitu. conquestus. tex. in. c. requisisti. de testa. dicit q relictum ecclesijs cēsetur pro anima relictum. Itē quia deo relinquitur simpliciter, censetur relinqui pro anima. ff. ad legem falci. l. j. §. ad municipium. pro anima enim censetur relinqui siue vocent mortuaria de offi. ordi. conquerente. siue vocent oblatiōes, nomine quorum mortuaria continentur. de ver. sig. cum inter. siue iudicia anime. de sepul. c. j. siue legentur ecclesie vel pio loco in infirmitate de qua decedit vel causa mortis, vt dicit Host. in summa. de sepul. §. de quib⁹. Item cum prelato relinquitur ab extraneo intuitu ecclesie videtur relinqui, ꝛ sic pro anima. Unde ex p̄dictis potest dari doctrina vel regula generalis, q pro anima censetur relictuz nō solum id quod legatur ecclesie vel pio loco, vt. c. requisisti. de testamen. sed etiam quod ab extraneo relinquit p̄lato ecclesie: qr pro anime salute intelligitur esse factum. xij. q. ij. pontifices. de testa. requisisti. Et si in testamento exprimatur non solū nomē dignitatis: sed etiam exprimatur nomē dignitatis ꝛ persone, cum contēplatione ecclesie videatur fieri, ꝛ sic pro anima, vt no. Pet. ꝛ Abb. in. d. c. requisisti. vadas vlterius ad materiam aliam.

Summarium.

1 ☞ Parochialis canonica quo iure sit inducta.
2 Filio naturali certa portio reseruatur in bonis patris.

Capitulum primum canonice parochialis.

Expedito tractatu canonice ēpalis veniamus nūc ad tractatū canonice parochialis. quē quidē tractatuz ordinabo per. xiij. capitula principalia vt inferi⁹ apparebit. Venio igitur ad primum capitulū principale quo iure sit
1 producta canonica† parochialis. Respōdeo inducta est iure canonum. de sepul. c. j. ꝛ c. relatū. ꝛ c. de his. ꝛ c. cū liberuz. ꝛ c. certificari. ꝛ c. nostra. ꝛ eo. ti. cum quis. lib. vj. ꝛ in cle. dudum. §. verum. eo. tit. Est eniz hec canonica de iure parochiali. facit qō no. Inno. Host. ꝛ Jo. super rub. de parochijs. Romani enim pontifices hanc parochialem canonicam inducentes imitati sunt leges romanorū imperatorū ꝛ iurisconsultorum per quas quibusdam personis certe portiones que appellari possunt portiones legales reseruantur ꝛ conceduntur, sicut est videre in filijs legitimis ꝛ naturalibus quib⁹ ꝛ in bonis parentum certa portio reseruatur ꝛ econtra parentibus in bonis suorum descēdētiū, vt in aut. nouissima. ꝛ aut. vnde si pa
2 rens. C. de inoffi. testa. ꝛ† filio naturali in bonis patris. C. de naturali. libe. aut. licet. ꝛ filio arrogato in bonis arrogatoris. ff. de adop. l. si arrogator. Et patrono in bonis liberti. ff. de bon. liber. l. j. ꝛ in ascriptis curie. C. quando ꝛ in quibus quarta pars. l. j. ꝛ. ij. lib. x. et coniugi soluto matrimonio in bonis coniugis decedētis. C. vnde vir ꝛ vxor. aut. preterea.

Summarium.

1 ☞ Canonica parochialis qua causa sit inducta.
2 Ecclesie parochiali fit iniuria cum parochianus alibi sepelitur.
3 Laicorum vita est clericis passio, ꝛ mors videtur solatium.

Capitulum secundum canonice parochialis.

Venio ad secundum capitulum principale ex qua causa sit inducta hec† canonica parochialis. Respōdeo ppter sacramenta ecclesiastica que ministrat ꝛ tenet ministrare suis parochianis, ꝛ ppter onus q in eorū administratione subit. de sepul. c. j. in cle. dudum. §. verū. vbi dicit tex. ne parochiales ecclesie ꝛ ipsarū rectores siue curati qui ministrare habent ecclesiastica sacramēta quibus noscitur de iure competere, predicare, proponere verbum dei, ꝛ confessiones audire fidelium debitis ꝛ necessarijs beneficijs defraudent, cum operarijs mercedis exhibitio debeatur ꝛc. xij. q. ij. quicū q flagitio. datur ergo hec canonica parochialis pro ministerio in quo sacerdotes seruiant populo in tabernaculo, cū tales sacerdotes pro populo offerāt p̄ces ꝛ sacrificia. seruiūt enim deo in tabernaculo offerendo pro illis preces, ꝛ sacrificia spiritualia eis ministrāt. vnde dicit apostolus, qui spiritualia seminat tēporalia ab eius merito suscipere debent. seruiunt' enī altario ergo de altario viuere debent: cum enim in sacrario operentur. cum sacrario participare debent. xij. q. j. ecclesias. de prebē. cuz
2 secūdum. Item cum ecclesie parochiali† fiat iniuria de corpore q alibi sepelitur fit sibi recōpensatio vt ecclesie parochiali detur canonica per ecclesiam cui testator legat, ꝛ in qua eligit sepulturam ꝛ sepelitur: facit quod no. Arch. de sepul. cum quis. li. vi. in glo. super verbo, canonicam portionez. ꝛ in ver. ꝛ est ratio. tex. in. c. j. de sepul. dicit hanc canonicam ideo deberi parochiali ecclesie, quia dignus est operarius mercede sua, vt iuxta apostolum sint consolationum socij sicut fuerunt passionum. ꝛ quod ibi dicit tex. de consolatione s. participatione temporalium ideſt canonice portionis que debetur ecclesie parochiali. sicut ꝛ alibi dicitur q pater dicit consolari de redditione filie dotis premortue. ff. de iure do. l. iure succursu. ꝛ ff. ad. l. rhodiam de iactu. l. iij. §. cum autem. passiones autē ibi vocantur labores quos parochialis sacerdos sustinet in edificatione animarum sibi cōmissarum. s. orando, predicando ꝛ sacramenta ecclesiastica exhibēdo, vt dicit Archi. in. d. c. cum quis. de sepul. li. vj. ꝛ Jo. in. d. c. j. de sepul. Et per hoc dicebat Abb. in. d. c. ij. ꝛ Jo. ibi-
3 dem q per predicta possit notari q vita laicorum† est clericis passio ꝛ mors videtur solatium.

Summarium.

1 ☞ Parochialis canonica qua actione ꝛ quo iure petatur.
2 Heres conditione ex canone ad canonicam parochialem an conueniri possit.
3 Mendicantes quibus legatur an teneantur canonicā parochialem elargiri parochiali ecclesie.
4 Actio ex testamento an competat mēdicantibus.
5 Ecclesia cui legatur si acceptat legatū, an parochialis ecclesia possit petere canonicam ab herede.
Ep̄s potest agere pro iuribus ecclesiarū sibi subiectarum.
6 Creditori non competit renocatoria in repudiatis per debitorez
7 Canonica parochialis an debeatur ante sepulturam.
8 Ecclesiam legatariam dicere posse cogi canonicam dare anteq̄ legatum consequatur est absonum.
Corpora defunctorum insepulta remanere non debent.
9 Sacerdos autoritate propria an possit interdicere corpus sepeliri.
10 Ecclesia in casu non permisso si sepeliat parochianum alterius ecclesie, an

Source : BIU Cujas

cleſie, an talis eccleſia poſſit repetere corpus defuncti.
11 Legata ad pias cauſas debentur hereditate non adita.
12 Canonica an peti poſſit anteq̃ extet conditio.
13 Heres ſi vult integrũ legatũ ſoluere eccleſie legatarie in qua teſtator elegit ſepulturã ⁊ parochialis ſacerdos cõtradicat, qd tũc fiet.
14 Eccleſia parochialis quo tẽpore poſſit petere canonicã ab herede.
15 Canonica parochialis coram quo iudice petatur.
16 Obligatio an poſſit eſſe cõtra exẽptos durãte ꝓulegio exẽptiõis.
17 Dioceſani an ſint miniſtri iuris.
18 Teſtator ſi deputat executorẽ ad ſoluẽdũ legatum eccleſie in qua ipſe elegit ſepulturam, coram quo iudice conuenietur executor per eccleſiam parochialem ſuper canonica portione.
19 Canonica parochialis quota ſit de iure canonico.
20 Reus cum ſit certus aliquã portionẽ debere nõ eſt penit⁹ incert⁹.
21 Canonicam petens rerum immobilium an debeat res ⁊ rerum fines ſpecificare.
Agens realiter tenetur rem exprimere.
22 Petitio generalis admittitur ſine rerum ſpecificatione.
23 Nomina ſepultorũ an hẽat exprimere canonicã parochialẽ petẽs.
24 Jus parochiale ſi dicaz mihi cõpetere a parochianis meis, an iſta petitio procedat non expreſſis nominibus parochianorum. 25.
26 Parochialis eccleſia cui debetur canonica ſi eſt negligens in petẽdo canonicam, epiſcopus nomine parochialis eccleſie illam canonicam petet.

¶ Capitulum tertium canonice parochialis.

1 Venio ad tertiũ capituluz principale qua actione † ⁊ quo iure petaꝫ hec canonica parochialis ⁊ contra quẽ agendum ſit ꝓ hac canonica, an cõtra heredẽ, an cõtra eccleſiã legatarij ⁊ quo tpe ſit danda ſeu petẽda hec canonica ſeu de modo ⁊ forma agendi: que omnia proſequimur ſingulariter ⁊ p infra ſcriptas queſtiões. Redeo agiꝫ ad primũ qua actiõe ⁊ quo iure petaꝫ hec canonica. Reſpondeo de condi. ex canone. vbi enim iure nouo obligatio inducitur nec cautus quo iure actionis agendum ſit condi. ex lege, aget de condi. ex lege. l.j. facit qõ notat glo. in.d.c.cũ librum. agat ergo parochialis eccleſia cõtra eccleſiã cui legatur condi. ex canone ꝓ canonica, vt notat Jnno. in.c. de his. de ſepul. Sed dubitatur an parochialis eccleſia poſſit hanc canonicã petere actio. ex teſtõ ab herede teſtantis: videtur q̃ ſic. q⁹ teſtator videtur tm̃ legaſſe canonicam parochiali eccleſie. ff. de leg. j. l. quidam teſtõ. ſ. ſi ſcripti. ⁊ l. ſi a pluribus. de teſta. c. requiſiſti. ſ. ſecus. de heredi. inſti. l. quoties. de inoffic. teſta. l. ſi maritus. vnde dicebat gl. in cle. dudũ. ſuper verbo, elargiri, q̃ ſacerdos hanc canonicam poteſt ab herede vendicare, ⁊ ei interdicere vt nullum ſoluat eccleſie cui legatum eſt. ad treb. l. heres. in fi. ad. l. falci. l. linea margaritarũ. Quidã dicunt q̃ † cõdi. ex canone poteſt heres ad iſtam canonicam cõueniri. alij dicunt q̃ heres non poteſt ad iſtam canonicam cõueniri a parochiali eccleſia, quia nihil eſt legatum a parochiali eccleſia. cõpetet ergo actio ex teſtamẽto eccleſie legatarie ⁊ eccleſia parochialis petat hanc canonicam ab eccleſia legataria. ff. de lega. ij. l. ſi quis ſeruum. ſ. certum ad treb. l. filiã. de vſufr. lega. l. fund⁹. põt tñ parochialis eccl'ia autoritate iudicis obtinere vt mittaꝫ in poſſeſſionez vl'iuris agẽdi, ⁊ poſtea aget vt faceret eccl'ia legataria. ff. vt in poſ. ega. l. ſz inutile. de relig. ⁊ ſumpti. fune. l. ſi qs ſepulchrũ. vel obtinebit a iudice q̃ detur ei pretoriuz pignus. ff. de p̃tor. pig. l.j. ⁊ ij. vel agetur contra heredẽ vt debitorẽ debitoris. ſ. illius cui relictum eſt l.j. qñ fiſcus vel priua. dicebat hoſti. de ſepul. de his q̃ ex quo heres habet facultatẽ ſoluẽdi canonicã põt a parochiali eccleſia cõueniri. ff. ſi cer. pe. l. meuius titiũ. ff. de adop. l. ſi arrogator. ff. de le. j. l. is cui. ſ. fi. ⁊ l. ſed non legato. ſ. ſi teſtator. ⁊ hoc eſt tenendum per not. in dicta cle. dudũ. de le. iij. l. fideicõmiſſa. ſ. interdũ. dicebat pau. in dicta cle. dudũ. ſ. verũ. ſup verbo, elargiri, q̃ † mẽdicantes quib⁹ legaꝫ tenenꝫ illam quartã elargiri parochiali eccleſie, ergo ipſi mendicantes recipiunt ab herede totũ legatũ ⁊ de illo legato ſoluunt quartã eccleſie parochiali, ⁊ ſic eccleſia parochialis accipit illam quartã de manibus heredũ quibus legaꝫ. dico, mẽdicantiũ ⁊ hoc videꝫ probari per dictam cle. dudũ. ſ. verum. ſuper verbo, elargiri vbi dicebat Jo. de li. q̃ per illud verbũ elargiri, clare videtur probare q̃ eccleſie legatarie integrum legatum recipiũt. nõ enim poſſet elargiri quarta parochiali eccleſie ſi eccleſia legataria nõ poſſet petere totũ legatum: quia nemo dat qõ nõ habet. j. q. vij. daibertum. de dona. inter virum ⁊ vxorẽ. c. nuper. ff. de vſuris, l. fundi. Sed non recte põderat illud verbum, q̃ ſicut falcidia eſt in bonis heredis. ff. ad. l. falcidiã. l. linea margaritarum. ſicut ⁊ hic quarta parochialis eccleſie, ⁊ ideo ipſi curati poſſunt illam vendicare ab herede ⁊ interdicere heredibus ⁊ fideicõmiſſarijs ne illam quartam ſoluãt mendicantibus quibus legatur, preſertim cum illos mendicãtes poſſint habere ſuſpectos ne illam quartam ſoluant parochiali eccleſie, ⁊ ſic parochialis eccleſia poteſt dictam quartam vendicare, vt dicta. l. linea margaritarum. ⁊ l. pe. C. eo. ti. ⁊ ff. ad treb. l. heres. in fi. Sed videtur q̃ totũ legatũ debeat ſolui fratrib⁹ mendicãtib⁹ dũmodo parochialis eccleſia recipiat quartam. ff. de leg. ij. l. ſi quis ſeruum. ſ. certũ. ⁊ melius ad treb. l. filiam. ff. de vſufru. l. fundi treb. ibi tamen cõcludit paul. illud quod no. Jnno. in.c. de his. de ſepul. ꝓut ſuperius dixi. Eſt
4 autem hoc vtile ſcire, quia ſi competit actio † ex teſtamento mendicantibus tamẽ qui legaꝫ tũc heres ſoluendo integrum legatũ mendicantibus nõ poſſet cõueniri ꝓ illa quarta ab eccleſia parochiali, q⁹ ſoluendo integrũ legatũ illis mendicantib⁹ liberatur ab actione ex teſtamento ab eccleſia, qua illis tenebatur.

Sed ſi teneamus q̃ illa quarta ſit eccleſie in bonis parochialib⁹, ⁊ q̃ illa quarta poſſit peti per actionem ex teſtamento qua illis tenebaꝫ, tũc heres nõ liberatur ab eccleſia parochiali reſpectu illius quarte. Jtem ſi heres ſolueret iſtam quartam parochiali reſpectu illius quarte, liberaretur ipſo iure, q⁹ ſoluit ſuo creditori ſi dicamus illam quartaz eſſe in bonis parochialis eccleſie: ſed ſi integrum ſolũ pertineret ad mendicantes quib⁹ tunc legaꝫ, heres ſoluendo quartaz eccleſie parochiali liberaretur ope exceptiõis ab eccleſia cui delegaꝫ. ff. de liber. l. libertus ſub cõditione. ſ. ſi titio. de do. excep. l. ſi opera. ⁊ de pigno. act. l. ſolutum. ſ. ſolutam. vt dicebat pau. in dicta cle. dudũ. ſuper verbo, elargiri. Quod ſi eccleſia cui legatur nolit agere ꝓ legato, dicunt quidam q̃ tunc parochialis eccleſia aget vt eccleſia legataria cedat actiones ſuper legato competẽtes. de pecul. l. quod debetur, nõ eſt qõ poſſit, vel vult cedere, recurrendum eſt ad remediũ ſupradicte miſſionis in poſſeſſionem ⁊ pretorij pignoris, vt notat Jnno. in.d.c. de his. ⁊ facit qõ notat pau. in dicta cle. dudũ. ſuper
5 verbo, elargiri. ⁊ ibidẽ Jo. de lig. Aduertendũ qñq̃ eccleſia cui † legatur acceptat legatũ, tunc parochialis eccleſia põt petere canonicam ab herede quando heres nondum ſoluit integrum legatũ. Si autem integrum eſt ſoluta eccleſie legatarie, tũc aget parochialis eccleſia contra legatariam.

Et notãdũ q̃ ſi eccleſia legataria negligẽs fuerit agere ꝑ legato, q̃ tunc ꝑ iure ⁊ intereſſe eccleſie parochialis ratione illius quarte eps poſſet agere cõtra heredẽ, cum eps poſſit agere ꝑ iurib⁹ eccleſiaꝝ ſibi ſubiectaꝝ. de ſucceſſione ab inteſta. c. ij. Qñq̃ eccleſia legataria nõ acceptat legatum ſed illud tunc repudiat, vtrũ debeaꝫ canonica eccleſie parochiali: videtur q̃ nõ, q⁹ ex quo legatum repudiaꝫ, perinde eſt ac ſi nõ fuiſſet legatum ff. de leg. j. l. ſeruũ. l. filij. ⁊ l. legatarius. ſ. j. de leg. ij. l. legatũ. ſi cer. pe. l. pe. ⁊ l. j. ſ. vtruz. ſi qd in fraudẽ patroni. Cũ ergo canonica debeatur de legato, nõ cenſeꝫ legatũ ex quo repudiaꝫ. faciũt iura q̃ dicũt q̃ patrono nõ cõpetit quarta de legatis libertoꝝ, ⁊ per eũ repudia
6 tis. l. j. ſ. vtrum. ſi qd in fraudẽ patro. Et creditori nõ cõpetit † reno catoria in repudiatis ꝑ debitorẽ. l. q añt. ff. q̃ in frau. credi. iſtõ obſt. l. q̃ debeꝫ. q⁹ ibi in actione q̃ cõpetit ne competere deſijt, ſed hic fingitur retro non cõpetijſſe. Jn cõtrariũ q⁹ ex illo legato queriꝫ ius parochiali eccleſie, ergo in eccleſie preiudiciũ nõ poſſit illud legatũ repudiari. vt. l. cũ non ſolũ. de bonis q̃ libe. ⁊ tale legatum videꝫ ad heredẽ redire, cum ſuo onere. vt. l. j. de cad. tol. ibi, in ſubſtituto qui capit ex diſpoſitiõe teſtatoris, ſed hic capit ex diſpoſitione legis.

Sciendũ aũt eſt q̃ valde vtile eſt ſcire ꝙ quẽ dẽat vel agi poſſit ꝑ hac canonica parochiali, an valet cõtra heredẽ. An vero ꝙ eccleſiã legatariã. an vero contra vtrũq̃ propter multa dubia, que latius fui proſecutus in canonica epiſcopali. in. iij. c. principali. Demuz queritur quo tẽpore debeat dari iſta canonica parochialis ſeu peti poſſit per eccleſiam parochialem. Jn hoc habemus tres opiniones. prima opinio q̃ debeat dari anteq̃ teſtator eligat ſepulturam. vnde dicebat Archidia. de ſepultu. cum quis lib. vj. ſuper verbo, elegerit. q̃ ante electionem talem debet dari eccleſie dimiſſe canonica portio vt dicta electio non teneat, vt dicto. c. j. de ſepultu. vbi dicit textus teneri cenſemus. ꝛc. ⁊ ſic demum ꝛc. Cum ergo talis excommunicari debeat vt patet ⁊ colligitur ibi, quia mortaliter peccaret aliter eligendo. ad hoc. xj. queſtio. iij. c. nemo epiſcoporum. ⁊ hanc ſententiam tenuit Hoſtien. in dicto. c. j. Jſta opinio non eſt vera in iure quod probatur iſtis rationibus. Primo quia canonica debetur ex quo quia parochianus eligit alibi ſepulturam, ergo ante ſepul
7 turam † non datur hec canonica. Preterea hec canonica datur de legato: ſed legatum non ſortitur effectum niſi mortuo teſtatore. ff. de furtis. l. a titio. preterea non conſideratur electio ſepulture que fit in teſtamẽto, cum illa poſſit reuocari quemadmodum poſſunt reuocari alia legata. ff. de adimẽ. lega. l. ⁊ ſi tranſferam. Preterea conſideratur actualis ſepultura, vt notatur in. c. j. de ſepultu. ſed nemo viuens ſepelitur. ff. de reli. ⁊ ſumpti. funerum. l. prima. canonica debetur q⁹ fit iniuria per hoc cuz corpus nõ aſſumitur ⁊ ab ea ante mortẽ eligẽtis. Secũda fuit opi. q⁹ hec canonica debetur parochiali eccleſie anteq̃ corpus ſepeliatur per eccleſiam in qua quis eligit ſepulturam. hec opinio cõtinet magnam abſurditatẽ.

Source : BIU Cujas

pone etiã qõ ecclesia cui legat nondũ agnouit legatũ vel repudiauit nõ debet cogi ad canonicã prestandam. Itẽ pone qõ heres nondũ adiuit hereditatẽ vel petỹt tẽpus ad deliberandũ an velit adire, vel adiuit hereditatẽ cũ beneficio legis inuentarỹ & est infra trimestre tẽpus, qõ habet ad perficiendũ inuentariũ, & sic non potest a legatarijs conueniri vt primũ patet. ff. de testa. tute. l. si nemo, secundũ patet. ff. de iure delib. l. j. Tertium patet. C. de iure delib. l. scimus.

8 Quis diceret ecclesiam † legatariã cogi dare canonicam antequaz legatũ consequeretur. Itẽ pone qõ heres dicatur nil esse in hereditate, & ecclesia legataria cõtra eũ asserat, quis diceret iacere corpus insepultum anteq̃ huiusmodi questiones dirimant, cũ corpora defunctorum non debeant remanere insepulta. xiỹ. q. ỹ. ebron. fa. ff. de reli. & sumpti. funerũ. l. scriptũ. in ver. fuge enim. Itẽ licet ecclesia parochialis debeat canonicã recipere, non tñ videt qõ possit interdicere qõ corpus non sepeliatur. casus est in. l. cum sit iniustũ. C. de sepul. viola. Nec potest ecclesia parochia. accipere promissiones fideiuss. vel pignora pro tali canonica qñ illam recipit vt interdicat sepultura, vt dicta. l. cum sit iniustum.

Putarem autem quod licet paro

chialis sacerdos qui dicit canonicam sibi deberi de legato, nõ possit impediri corpus sepeliri anteq̃ sibi soluat, cum dubitatio possit exoriri an illa canonica debeatur sibi an ẽpo pront patet in prealle. l. cum sit. tamẽ de funeralibus que portant cũ corpore defuncti qz constat illa esse certa & statim deberi, qõ sacerdos possit interdicere corporis sepulturã, maxime cũ ecclesia in qua testator sepeliendus erat habebat statim facultatem soluendi de funeralibus hanc canonicam. ar. ff. de rei ven. l. officium. & in. l. j. C. de rei vxo. act. & bene

9 facit in ratione sui. d. l. cum sit. Aduerte non puto qõ sacerdos † autoritate propria possit interdicere corpus sepeliri, sed bene posset implorare officium superioris vt interdicat corporis sepulturam. in aut. vt defuncti seu funera. ỹ. scimus igit. si quis. inver. nõ plus. de certo &c. vel implorare officium superioris vt describant illa funeralia. ar. optimum, C. de iure fisci. l. facultas. li. & de ventre in pos. mittẽ. l. j. ỹ. pe. & quod ibi notat Bar. & ff. de acqui. re. do. l. fi. Scien dum autẽ est qõ in. c. qua fronte. de appel. & in antiqua illius decre. dicebatur qõ propter appellationem creditorũ poterat differri sepultura debitoris si heres erat soluendo, que pars est remota vt in integra. Dicebant tamen ibi quidam qõ ex consuetudine poterat interdici illa sepultura. Alỹ dicebãt qõ si aliquis sit debitor ex contractu, non poterat interdici sepultura illius debitoris. Si autem erat debitor ex maleficio & defunctus fuisset condẽnatus, tunc posset sepultura interdici qõ idem qñ notoriuz erat eũ deliquisse, licet non fuisset condemnatus. Alỹ vero ibi dicebant qõ etiam in causa ciuili interdicerẽt sepultura si heres erat in malicia non soluendi debitum, & vide quod notat Jo. de li. in. c. ex parte. de sepul. Et idẽ dicit Jo. in. d. c. ex parte. dicas quod standum est illi. l. C. de sepulc. viola. l. cum sit.

10 Sciẽdum est autem quod † si ali

qua ecclesia in casu nõ permisso sepeliat parochianũ alterius ecclesie qõ tũc ecclesia parochialis potest repetere corpus defuncti, non solũ eo casu quo ecclesia parochialis appellasset ne alia ecclesia illud corpus sepeliret. sed etiam si nõ appellasset. Unde dicebat Jnn. de sepul. ex parte. qõ ex quo parochianus debet sepeliri in sua parochiali ecclesia, tũc valet appellatio parochialis ecclesie vt corpus sepeliat in alia ecclesia vbi sepeliri nõ dz scõm legẽ vbi nõ est sepultura ecclesiastica, nec ratione sacramentorũ, isto casu non audit appellãs ne corpus sepeliat. C. de sepulcro viola. authen. item qui cõtra. & in aut. vt cũ de appel. cogno. circa principium. dicebat autẽ Joã. in. d. c. ex parte. qõ corpus nõ restituit parochiali ecclesie nisi petat de sepul. c. j. lib. vj. & facit qõ ipse notat de sepul. in nostra. in fi. dicebat etiam Jnno. & Jo. in. c. cum liberum. de sepul. qõ si parochialis ecclesia parochianũ suũ ibidẽ sepeliat. & alia ecclesia repetat illud corpus ex eo, qõ ille parochianus ibi elegerit sepulturã vt agat possessorio recuperande contra parochialẽ ecclesiam q̃ dicat violẽter rapuisse illud corpus, qõ licet probet spoliatio: tñ nõ fiet corporis restitutio nisi de proprietate illius iuris constet. Tertia fuit opiñ. qõ hec canonica sit prestãda demũ post traditũ corpus sepulture, hec opinio videt equior. Pro istorũ autẽ intelligentia scire debes tres casus. Primus est qñ pure & simpliciter legat ecclesie, & tunc indubitanter posset peti canonica parochialis mortuo testatore & forte demum tradito corpore ecclesiastice sepulture, & forte etiã ante adi-

11 taz hereditatẽ: qz † legata ad pias causas debent etiã hereditate nõ adita. C. de fideicõmis. l. eã quam. dicebat Jo. de lig. in. c. certificari. de sepul. q̃ ecclesia in qua parochianus alterius ecclesie eligit sepultura non obligatur ad canonicã ecclesie parochiali. anteq̃ corp⁹ tradat ecclesiastice sepulture. & istud est falsum, qz mortuo testatore statim cedit dies legati. ff. de furtis. l. a titio. lz testator nondũ sit sepultuz, ergo mortuo testatore statim insurgit obligatio cõtra ecclesiam legatariã ad canonicã soluendã, sicut videmus in iure eligẽdi qõ statim incipit mortuo prelato etiã corpore nondũ tradito ecclesiastice sepulture. de electione. bone. ỹ.

Secundus casus est quãdo lega-

tur sub modo, siquidẽ ecclesia legataria cauet de modo implẽdo, et tunc statim poterit peti canonica parochialis: qz statim legatũ debeť ex quo prestita est cautio de modo implẽdo. Si aũt ecclesia nollet implere modũ, tunc legatũ non consequit. & ideo tũc nõ posset peti canonica. ff. de annuis lega. l. liberto. ỹ. lucius. de cõdi. & demõ. l. qui heredẽ. de fideicõ, liber. l. cum in testamẽto. de legat. iỹ. l. si tibi legatũ. C. de his que sub modo. l. j. ff. de cõdi. & demõ. l. quibus diebus. Tertius casus est qñ legat sub condi. & tunc ante conditionez

12 extantẽ non cedit dies legati, ergo non põt peti canonica † anteq̃ extet cõditio. ff. de ver. sign. l. cedere diẽ. Sed circa hoc querit si per apostolicũ priuilegiũ concedat alicui ecclesie ius funerãdi cũ alias non cõpeteret de iure cõi, & in priuilegio apponat illa clausula, salua iustitia: & salua canonica. An sit differẽtia inter huiusmodi clausulas & quo tempore tũc soluet canonica parochialis. dicebat host. in. c. certificari. de sepul. qõ hec est differentia. Nã primo casu cũ dicitur iustitia, oportet solui canonicã ecclesie parochiali anteq̃ sepeliatur. dicit emñ & iustũ est hoc, facit eo. ti, c. j. & qõ ibi not. Jo. in glo. anteq̃ & sequẽtibus. In secundo casu dicit qõ corpus prius poterit sepeliri & postea soluet canonica, & fortius fide, diceret soluta tãtummodo quarta parte &c. facit eo. ti. c. in nostra. & qõ not. Hostiẽ. eo. ti. cum sup. in vltima glo. Jo. tñ ibi hanc differentiã nõ approbat, que habet qõ minus importet canonicã q̃ iustitiã. Itẽ hoc habet cõsuetudo optima legũ interpres, qõ tales priuilegiati soluãt ante sepulturã. ratio, qz ista canonica aut de legatis venit soluẽda, aut de funeralibus. Sed legata non tam cito soluit heres nec tam cito posset ad illa soluẽda vrgeri. de testa. nos quidẽ. & c. si heres. facit. C. de sepulchro viola. authẽ. sz nec. ergo ecclesia legataria illo rũ quartam soluere non põt. Si vero canonica consistit in funeralibꝰ illa q̃ cũ funere portant nec debent tolli nec diuidi nec post funus.

Demum iuxta predicta queritur

13 † si heres vult integrũ legatum soluere ecclesie legatarie in qua testator eligit sepulturã & parochialis sacerdos cõtradicat dicens qõ heres retineat canonicã parochialẽ quid tunc fiet. Dicebat glo. in cle. dudum. ỹ. verũ. de sepul. super verbo. elargiri, qõ videbatur qõ integrũ legatũ sit soluendũ ecclesie legatarie, quorũ quarta curati de manibus ecclesie legatarie recipere debebãt. Sed ibi subdit glo. qõ falcidia est in bonis heredis ad. l. fal. l. linea margaritarũ. sicut & ista quarta est in bonis ecclesie parochialis. quarũ curatiẽ vẽdicare pñt, & inhibere heredibꝰ vel fideicõmissarijs grauatis ne illã soluant fratribꝰ, precipue cũ illos suspectos habere possit. & qõ sibi nõ soluatur eadẽ. arg. ff. ad treb. l. heres in si. Aduerte istud qõ dicit gl. predicta procedit si dicamus qõ ista canonica petat condi. ex canone. per ecclesiã parochialẽ ab ecclesia legataria, ¶ Sed si teneremꝰ opi. qõ ecclesia parochialis possit petere hanc canonicã ab herede per actionẽ ex testamẽto, tunc heres non dz soluere integrũ legatũ ecclesie cui testator leganit & sepulturã elegit. Sed deducta canonica residuum soluet. ratio, quia solui debet ecclesie parochiali, nec dz alteri soluere. de iureiur. eam te. Demũ querit si heres integrũ legatũ soluit ecclesie cui legat & in qua sepelitur testator, an respectu canonice portionis liberabitur ab ecclesia parochiali. Respõdeo sic, qõ tale legatũ integraliter debeť ecclesie legatarie, lz postmodum deducat canonica. ff. de leg. j. l. quidã testator. ỹ. si script. & similiter si heres soluat ecclesie parochiali, & ab ecclesia legataria ope exceptionis liberabit. ff. de bo. lib. l. libertus sub conditione. ỹ. titio. de doli excep. l. si opera, Jstud procedit tenẽdo opinionẽ q̃ condi. ex canone petat canonicã tantũ ab ecclesia legataria. Sed si tenemus opinionẽ qõ actione ex testamento cõpetat parochiali ecclesie pro canonica cõtra heredẽ, tunc heres soluẽdo illam canonicã ecclesie legatarie non liberat ecclesia parochiali, quia non soluit cui debuit, vt dicto. c. eam te. de iureiur.

Demum queritur quo tẽpore pos

14 sit † petere parochialis ecclesia canonicã ab herede. Rñdeo demũ adita hereditate p heredẽ. Nam ante aditã hereditatẽ heres nõ tenetur creditoribus non legatarijs. C. de iure delib. l. sancimus. insti. de obli. que ex quasi cõtractu. ỹ. heres quoq̃. & ff. ex quibus causis. in pos. ea. l. apud iulianũ. & l. sequẽti. ff. de actio. & ob. l. ex maleficijs. ỹ. heres. Demũ queritur corã quo iudice petet canonica. Rñdeo si agat cõtra ecclesiã legatariã agendũ est corã iudice ecclesiastico. de fo. cõpe. c. si diligẽti. Si aũt ageret cõtra heredẽ, tunc corã iudice seculari esset agendũ. vt. c. cũ sit generale. de fo. cõpe. lz Jnno. in. c. si clericus. eo. ti. dicat posse agi ex legato corã iudice ecclesiastico cõtra heredẽ laicũ, sed primũ verius. Et notandũ qõ agi dz contra heredẽ vel in loco domicilỹ ipsiꝰ heredis, vel in loco vbi est maior pars hereditatis. C. vbi fideicõ. peta. l. vnica. & de iudic. l. heres absens. & l. fideicõ. Demũ querit si aliqs eligat sepulturã apud mẽdicantes

Source : BIU Cujas

dicantes ꝛ illis legetur, cũ illi sint exẽpti ꝛ immediate subiecti pape, vel ẽt eligat sepeliri in alijs locis exemptis, cuz talia loca exẽpta teneanꝫ parochiali ecclesie ad quartã, an poterũt tales exempti cõueniri per parochialẽ sacerdotẽ coram diocesano cui subest illa parochialis ecclesia. Dicebat Guil. de monte lau. in. d. cle. dudum. §.
15 verum. qõ † possunt cõueniri coraz diocesano, cũ per illam cle. sint reuocata omnia priuilegia illis mendicantibus concessa. ¶ In cõtrarium est veritas quia p istã cle. nõ reuocanꝫ priuilegia exemptionis, sed tantũmodo priuilegia per que ante illam cle. nõ tenebãtur parochiali sacerdoti ad quartã. Agendũ ergo sit cõtra illos exemptos coram papa, de priui. c. j. lib. vj. vel corã legato qui est iudex exemptorum, vt. d. c. j. de priui. Pau. aũt de Leazaro in. d. §. verũ. sup verbo, elargiri. plene prosequebaꝫ hunc articulũ arguẽdo pro ꝛ cõtra. Videbat eñ qõ coram diocesano posset agi cõtra exẽptos ad illam quartã, cum oĩa priuilegia illis cõcessa sint reuocata, que in aliquo illi questioni erant cõtraria. Ergo illa priuilegia exemptorum nõ tenentur a iurisditione diocesani. facit. d. cle. duduz. ibi, neqꝫ ad ida quoqꝫ ꝛc.

Preterea illa cle. est iuris dispositio cuius iuris executio cõpetit diocesano. de prebẽ. si clericus. i fi. li. vj. Frustra eñ lex editur si legis nõ esset executor. de elec. vbi periculũ. §. preterea. lib. vj. ꝛ de origine iuris. l. ij. Contrariuz tenet ibi Pau. dicens q posse agi corã diocesano nec obstat illa cle. qz licet vbi tollantur priuil. impedientia solutionis quartã, nõ sequiꝫ ergo q tol
16 lantur priuilegia exemptionis, cum † obligatio possit esse contra exemptos durante tũ priuilegio exemptionis. ꝛ de priuil. c. j. lib. vj. coguꝫ ergo exempti per papã vel eius legatũ, vt. d. c. j. Nõ eñ diocesanus cognoscit ꝓtra exemptos nisi in casibus a iure expressis. de sup. ne. prela. cle. qz regulares. de sta. mo. attendentes. alias sequeretur q vbicũqꝫ exemptus esset obligatus, posset p diocesanũ cõpelli qõ est falsum: qz illa coertio repugnaret priuilegio exemptionis, ꝛ sic exemptio nil operareꝫ qõ esse nõ dz, vt. d. c. j. de priui. Si aũt ecclesia cui legaꝫ nõ esset exempta vt indubitata est q illa quarta posset peti coram diocesano ꝛ istud teneas pro veritate qõ dicit Pau. dicebat Jo. de lig. in. d. §. verũ. super verbo, neqꝫ ad id qõ corã diocesano possunt exempti cõueniri ad solutionẽ quarte tanqꝫ corã ministro ꝛ executore illius. §. verũ. qõ ius est manifestum ꝛ notoriũ, et in corpore iuris clausum: ꝛ qõ non põt esse nõ notoriũ: ꝛ sic non dz aliqõ priuilegiũ quoquo mõ concessum impedire. qõ aũt diocesani
17 † sint ministri iuris probaꝫ de sen. excõ. nuper. clause eñ in corpore iuris sunt notorie. probaꝫ de coha. cle. ꝛmu. c. vestra. Jtẽ q in talibꝫ notorijs cessat ordo iuris probaꝫ de filijs presbyte. qm̃. Jtem qõ priuilegium fori non excusat eos a coertione diocesani super hoc fienda. probatur per literas que sequunꝫ. Nam si priuilegiũ non eximit a solutione quarte, ergo nec ab illa coertione que venit accessorie ad solutionẽ quarte notorie debite. de prebẽ. si clericus. li. vj. Jdeo male loquiꝫ, qz licet lex sit notoria per quã inducit solutio quarte ꝛ obligatio sit necessaria quo ad ꝓfationẽ quarte, tñ hec notorietas, legis vel obligationis nõ tollit priuilegium fori. de foro cõpe. c. fin. hoc eñ solum operaꝫ notorietas obligationis vt iuris ordo relaxeꝫ non aũt vt tollatur priuilegiũ fori, vt est casus in cle. pastoralis. de re iudi. nec illa coertio venit accessorie ad obligationẽ, immo est de per se tãqꝫ obligatio separata. nec ob. c. si clericus. qz ibi ex iure cañ. debetur prebẽda tanqꝫ accedens ad ius cañ.

18 **Demum queritur** iuxta predicta si testor † deputat executorẽ ad soluendũ legatum ecclesie in qua testator eligit sepulturã coram quo iudice cõuenietur executor per ecclesiam parochialẽ super canonica portione. Rñdeo coraz epo cui subest executor ex quo suscepit executoris officium, si tñ executor ex quo suscepit officiũ in domicilio testatoris ratione illius quasi cõtractus si ibi inueniaꝫ ibi cõuenitur executor, si aũt ibi nõ reperiꝫ tunc seruabiꝫ qõ habetur de fo. cõpe. romana. §. cõtrahentes. lib. vj. Dicebat Spe. in tit, de instru. edi. in rubrica de testamẽtis in. §. nunc vero aliqua. ver. est aũt cogẽdus. q executor cõuenitur coram iudice vel episcopo in cuius foro natus fuit defunctus, vel domiciliũ tẽpore mortis, vt in. l. nulli. §. episcopi. et §. fi. ꝛ in. l. si quis ad declinandã. ꝛ. §. vlti. C. de epis. ꝛ cler. ꝛ de testa. si heres. Si aũt executor non sit de eodẽ foro ratione originis vel domicilij de quo est defunctus sz de alio, tunc conueniet coram iudice cui subest ipse executor. ff. de tut. ꝛ cura. da. ab his. l. diuus. ꝛ vide qõ not. in. l. vnica. C. vbi tutor vel cura. peta. ꝛ quod not. in Spe. de tutore. §. gñaliter. ver. iem nota iuxta fi. Demum queritur de modo ꝛ forma agendi ꝛ petẽdi canonicã portionẽ parochialẽ. hoc declaro p
19 infrascriptas questiones. Primo queritur cum canonica † parochialis de iure canonico sit quarta ꝛ per cõsuetudinẽ sit aucta, puta qz tertia vel medietas. an agens hanc specificare teneaꝫ si petaꝫ per consuetudinariam vel canonicam.

Et sciendum q canonica cõsuetudine inducta dicit canonica non intentione sed approbatione. de testa. requisisti. in ꝑn. qz canon approbat illam: sed super his varie disponũt iura ꝛ cõsuetudines. videtur ergo q petẽs debeat exprimere an petat canonicam vel consuetudinariam, cum aliter reus deliberare non possit. de edendo. l. j. non ob. de reli. do. constitutis. vbi petitur ius episcopale: quia id certum est ꝛ a iure diffinitum. de off. ord. conquerente. sed parochialis canonica est incerta. Sed huic responsioni obst. qõ ius episcopale propter consuetudinẽ est incertum. de prescrip. c. auditis. ꝛ tamen petitur ius episcopale in genere. Rñdeo ex quo ius episcopale est principale certum accedit illius ratione quod speciali iure priuilegio vel consuetudine competit includitur sub petitione, sed petitio parochialis canonice non habet aliquod tale principale. ¶ Jtem canonica vel consuetudinaria non concurrit in petitione nec in solutionẽ dicit Jnn. de sepul. certificari. q si petẽs canonicam cõsuetudinariã est incertum que portio consuetudine sit in-
20 ducta procedit libellus sine alia expressione. non enim est reus † penitus incertus cũ certus fit aliquã portionem debere. de rei vend. l. que de tota. §. j. ꝛ. l. j. §. autem. ff. quorum lega. ꝛ quod no. de re iud. abbate. li. vj. Dicebat Jo. de lig. in. c. certificari. q canonica que debetur de iure communi est per consuetudinem aucta. Nec petens debet illam petere vt canonica adiecta clausula, scilicet consuetudine debita, que cõsuetudo inducit ius debiti circa illam. Debet ergo exprimere vt reus sit certus, ꝛ hoc si actor scit q debeaꝫ ꝛ quanta sit hec canonica. Sed vbi nõ est certus, tunc põt admitti libellus generalis ꝓpter dubiũ. vt. d. l. que de tota. de resti. in integ. consti. Secundo queritur si parochialis ecclesia petat canonicam simpliciter non exprimens an petat consuetudinariam vel iure inductã. Rñdeo intelligitur petere canonicam iure cõmuni non autem a cõsuetudine inductam. de offi. ordi. conquerenti. in prima glo. ꝛ facit qõ not. Hosti. de sepul. certificari. dicebat glo. de reli. do. consti. in glos. hoc ideo. q petito iure episcopali vel parochiali, includitur nõ solum qõ debetur de iure cõmuni, sed etiam qõ debeꝫ ex pacto vel cõsuetudine. dicebat ibi Joan. super dicta glo. hoc ideo q quando de iure episcopali vel parochiali est concessum alteri: ꝛ loco illius iuris concessum est aliud surrogatum in locum illius iuris alteri cõcessi.

21 **Tertio queritur** an petens † canonicam rerũ immobilium debeat res ꝛ rerum fines specificare, an vero sufficit dicere peto talẽ partẽ fundi vel fundorũ tibi per talem in testamento relictorum. videtur q non teneaꝫ specificare res, nec earũ confines: qz illa canonica parochialis est tanqꝫ ius vniuersale, quo casu in libello non fit rerum specificatio. de quo per glo. in. c. ij. de libel. ob. ꝛ plene per Jnno. in. c. cõquerente. de of. ordi. Dicebant Jnno. Hosti. ꝛ Jo. in. d. c. certificari. qõ tenetur exprimere res ꝛ earum confines. ff. de rei vẽ. l. si in rem. ff. de censi. l. forma. facit de libe. ob. c. fi. Et est ratio secundũ quosdã, qz petendo canonicam in illo fundo agit realiter. Et qui agit realiter teneꝫ rẽ exprimere, vt. l. si in rebus. qõ canonica petatur cõdi. ex cañ. ꝛ non per actionem ex testamento. Sed si non esset alia opinio q petaꝫ actione ex testamẽto, tunc illa ratio est vera. ¶ Quarto queriꝫ an procedat hec petitio peto quartam oĩm rerum tibi relictarũ vel omnium tibi obuenientium ex bonis, vel peto quartã iudicij talis defuncti, vel peto quartã oĩm que pro anima talis reliquit, vel peto quartaz omnium que pro sepultura recepisti. videꝫ q procedat petitio: qz
22 admittitur petitio † generalis sine rerum specificatione, vt. l. j. in fi. ff. de rei vend. potest enim reus esse certus ex predicto libello. de rei ven. l. si in rem. vbi sufficit dicere peto seruum qui fuit ex tali hereditate. Debet tamen agens probare q illa obuenerint ecclesie legataric ex illo iudicio defuncti. l. j. C. quãdo ꝛ a quibus quarta pars debetur. de re iud. ait pretor. de sen. que sine certa ꝗtitate. l. j. de sepul. relatum. ꝛ. c. cum liberum. Judex tamen coget actorẽ ad maiorẽ expressionem vel ad iurandum q plus nescit exprimere. ff. de furtis. l. in actione. Jtem pro tanto ꝓcedit ista petitio vt sequaꝫ naturã vniuersalis actionis. est tamen notandũ q talia legata vniuersitatẽ nõ constituunt. Si enim aliquam vniuersitatem constituerẽt, haberet nomen impositum a iure, qõ non habent ſm Jnno. in. d. c. certificari. dicebat aũt ibidem Jnnoc. qõ ratio diuersitatis inter hanc questionem ꝛ questionem supra positam est, quia hic agitur de personali per quam bene petuntur: non solum corporalia, sed etiaz iura. C. de heredi. vel actio. ven. per totum. Sed in rei vendicatione non veniunt nisi corporalia. ff. de rei vend. in princi. ꝛ. l. vendicantẽ. Dicebat Hostiẽ. qõ ista petitio sequitur naturam specialis, alias est rei vendicatio.

23 **Quinto queritur** † an petẽs canonicã parochialem habeat exprimere nomina sepultorum. videtur qõ non. de sepul. in nostra. de decimis. duduz. de prescrip. c. veniens. dicit Jnnoc. in. d. c. certificari. talem libellum admittendum saltem sine magna difficultate, ꝛ cum iuramento qõ non potest scire nomina defunctorum vel propter maliciam partis aduerse, vel propter aliam causam, que tamen per dicta testium scire spectat. ¶ Quidam tamen dicunt talem libellum non admittẽdum ꝛ cum predicto iuramento, specificet ergo quos potest ꝛ alias agere poterit super quarta aliorum quos in primo iudicio ignorauit. nec obstabit res de alijs iudicata. ratio huius dicti est, quia reus

Source : BIU Cujas

2 tudinem possit induci † quod detur tertia vel medietas, an requiratur quod hec consuetudo sit prescripta. Dicebat Joan. in dicto capitu. certificari. ꝙ non requiritur ꝙ sit prescripta. de consue. capi. vltimo. libro sexto. in glo. iij. dicit ꝙ quandoq; text. vel decreta. loquitur de consuetudine simpliciter, nec adijcit verbum, prescripta. qō tunc quando consuetudo est rationabilis ꝛ non contra ius, nec requiritur qō sit prescripta, sed sufficit qō lōgeua ꝛ sufficit tempus decem annorum. nec requiritur qō sit prescripta per. xl. annos. xij. distinctio. consuetudo. ꝛ facit quod notat Innocen. ꝛ Hostiens. de consuetudi. capi. fina. Aduerte non videtur verum quod ibi dicit Joan. quod vbi de consuetudine simpliciter fit mentio, non intelligatur de prescripta. nam verbum consuetudinis simpliciter prolatum semper intelligitur de prescripta. casus est in. c. cumana. de electio. ꝛ in. c. cum de beneficio. de preben. lib. vj. fateor tamen ꝙ ad prescribendum quandoq; sufficit tempus. x. annorum prout dicebat glo. de consue. c. vltimo. lib. vj. quādoq; reperitur tempus. xl. annorum. de prescrip. de quarta. Aduerte quedam sunt quote a iure cōmuni expresse sicut est quarta, tertia, vel medietas, ꝛ tūc si parochialis ecclesia velit virtute consuetudinis petere tertiam vel medietatem, sufficit consuetudo ex eo qō non fit prescripta spatio. xl. anno. Quedam sunt quarte non expresse a iure, puta si parochialis ecclesia velit petere tres partes de quatuor partibus legati. Item patet exemplum. si ecclesia legataria vellet petere decimam partem legati, naꝫ ius has quotas non exprimit, ꝛ tunc hmōi quotas opꝫ ꝙ cōsuetudo sit prescripta spatio. xl. annorum ſm Joan. andr. ꝛ Joan. de ligna. in. c. certificari. ratio differentie, quia etiam limitatur a iure est duplex vinculum scz canonis ꝛ consuetudinis. Non requirit ergo prescriptio quadragenaria, sed in quotis non limitatur a iure nullum est vinculum canonis: quia canon illas quotas non exprimit, sed est solum vinculum consuetudinis, ergo oportet ꝙ consuetudo sit prescripta. xl. annis. ꝛ hanc rationem assignat Jo. de ligna. in dicto. c. certificari.

3 **Demum queritur** † an valeat cōsuetudo ꝙ nihil debeatur ecclesie parochiali ꝓ canonica ita ꝙ in totum illa canonica parochialis tollatur illi ecclesie parochiali. Dicunt quidā non tenere illam consuetudinem: quia est irrationabilis ꝛ contra apostolum dicentem. sint cōsolationum socij. de sepul. c. j. Et quia per illam consuetudinē auferat ecclesie parochiali tota cōmoditas rei sue. i. sui parochiani, quod esse nō debet, arg. optimū. ff. cōmunia predio. l. venditor. in fi. Et idē tenebat Abb. in. d. c. certificari, ꝛ Ray. in summa de sepul. ꝛ Goff. in summa einsdē titu. ver. quid si consuetudo. Hosti. in sum. huius titu. §. an licitum. ver. quid si cōsuetudo. videtur tenere ꝙ in totum possit tolli per consuetudinē legitime prescriptam potest in totum tolli, vt dicunt Joan. ꝛ Inno. in. c. requisisti. superverbo, debet. Joan. in dicto. c. certificari. in dicta. v. questio. ponit opi. ꝛ nihil ibi precise firmat nisi quod arguendo de canonica episcopali ad parochialem videtur concludere qō sibi videtur qō per consuetudinem possit in totum tolli.

Source : BIU Cujas

totum tolli. Preterea nō est fortꝫ ius parochiale quo ad canonicā parochialem q̄ sit ius eꝑale quo ad canonicā eꝑalem, qꝛ vtrūq; ius
4 †causat a iure cōi: si ergo canonica eꝑalis pōt in totū tolli p cōsuetudinē, in.c.de quarta. ergo idē in canonica parochiali. Nec obstat ratio abbatis dicentis nō posse in totū tolli p cōsuetudinē quasi illa consuetudo sit cōtra dictū apostoli, cū dicat text.in.c.j. de sepul. sint consolationū socij ꝛc. quia ibi loquitur de tertia que est canonica parochialis secundū vnā opi. vel ex eo qō ibi loquatur de tertia prestanda secundū consuetudinē non disponitur ibi qō cōsuetudo non possit aliter disponere, quod patet, quia posset disponere de medietate, vt cap. relatum. eo. titu. Item non obstat ratio Raimūdi dicentis non tenere consuetudinē, quia per illam aufertur tota commoditas rei sue. hec ratio non concludit quia eꝑalis canonica potest in totum tolli ꝛ tamen per illud non tollitur omnis cōmoditas iuris eꝑalis quo ad quartam episcopalem. Item possuꝫ prescribere rē contra verum dominū, ꝛ tamen per hanc prescriptionē tollitur omnis commoditas iuris dominij ipsi domino. de prescrip. longi temporis. l.j. Nec obstat dicta. l. venditor. quia ibi et si per consuetudinem possit cedere lapides lapidicine existentis in meo fundo, tamē ita debet cedere qō non auferat commoditatem fundi mei in q̄ est lapidicina: qꝛ ꝙsuetudo nō disponebat qō possit mihi auferri illa commoditas sed tm̄ disponebat de cessiōe lapidū.

5 **Notandum ergo** †quod quota sit hec canonica aut consideramus ius commune, aut consuetudinē, aut prescriptionem. Si ius cōmune, tunc est quarta, vt dicto.c.in nostra. ꝛ.c.certificari. si consideramus prescriptionem, tunc cōsideratur prescriptionis forma. s. in qua quota sit prescripta. de prescri. c. veniens. ꝛ.c. auditis. si consideremus consuetudinem, tunc similiter inspicitur forma consuetudinis sit inducta vt in.c.j. ꝛ.c. relatum. ꝛ.c. certificari. de sepul. per consuetudinē. pōt enim induci certus ꝛ determinatus modus prescribendi eorum sup quibus consuetudo inducitur, vt dicta. l. venditor. Dicebat Jo. de li. in dicto.c. certificari. q̄ per prescriptionē vel cōsuetudinē pōt in totum tolli canonica parochialis quando prescribens habet titulū. de prescrip.c.j. lib.vj. ꝛ non dicit plus. Aduerte contra ecclesiā legatariam que tenetur ad canonicam ecclesie parochiali, facit ius cōmune cum teneatur ad canonicam, ꝛ ius commune facit pro parochiali ecclesia vt sibi debeatur canonica. ꝛ ad hoc vt procedat pre
6 scriptio † requiritur titulus vel decursus tēporis cuiꝰ cōtrarij non extat memoria. ꝛ ita loquit de p̄scrip.c.j. lib.vj. Sed si loqueremur de cōsuetudine inducenda ad illam consuetudinē nō requirit titulus, ꝛ ideo ad inducendā prescriptionē fateor requiri titulū, sed ad inducendam consuetudinem nullus requiritur titulus, sed sufficit q̄ hec consuetudo sit prescripta spacio. xl. annorum.

Demum queritur si cōsuetudines sint diuerse in loco, qꝛ vna cōsuetudo disponit q̄ debeꝫ quarta. alia cōsuetudo q̄ deꝫ tertia. alia ꝙsuetudo disponit q̄ deꝫ medietas, secūdū quam cōsuetudinē prescribit canonica parochialis, an secūdū cōsuetudinē illā q̄ disponit de minori quota puta de quarta, an secundū illā que disponit de tertia, an vero secūdū illā que disponit de medietate. videꝫ q̄ intelligatur de cōsuetudine que disponit de minori quota. ff. de leg. iij. l. nūmis ꝛ de leg. ij. l. si ita relictum. ꝛ. l. qui concubinā. §. cum ita. ad idem de verbo. obli. l. si ita stipulatus, ꝛ. aut. xv. ꝛ. l. inter stipulantem. Item
7 †in minori quota videnꝫ omnes cōsuetudines cōcordare. de arbi. si ex tribus. lib.vj. ff. eo. ti. l. diē. ff. de re ind. l. semper. Itē quia in obscuris inspicimus qō minimū est, vt in regula, in obscuris. ꝛ in regula inspicimus. lib.vj. Item plus continet in se qō minus est, vt in regula plus. li.vj. Sed videꝫ q̄ inspiciatur illa cōsuetudo q̄ magis est rōnabilis, vt in.c.cū olim. de cōsuetu. ꝛ illa videꝫ magis rationabilis que cōsonat iuri cōmuni, vt est casus in.c.cū dilectus. de cōsue. cū ergo de iure canonica portio sit quarta, vt.d.c.in nostra. ꝛ cōsuetudinē dicimus secūdū ius cōe, vt.c.cū dilectꝰ. ergo canonica parochialis erit quarta. Pro intellectu huius questionis considere mus quatuor casus. Primꝰ qñ in ecclesia parochiali est certa cōsuetudo quantum exigat p canonica, ꝛ tunc seruabiꝫ vigens in parochiali ecclesia. Secundus casus est qñ ecclesie cui legatur est consuetudo tantum quantū soluatur pro canonica, sed in ecclesia parochiali nulla est cōsuetudo quātū exigat pro canonica ꝛ tūc seruabitur consuetudo vigens in ecclesia cui legatur.

Tertius casus quando in ecclesia parochialis est ꝙsuetudo quā tum exigat p canonica, ꝛ in ecclesia cui legaꝫ est alia ꝛ diuersa cōsuetudo quantū soluat pro canonica. patet exēplū. parochianꝰ ecclesie cōstitute in dioceſi perusina, legat alteri ecclesie constitute in dioceſi Florētina ꝛ elegit sepulturā in ecclesia cui legat, ꝛ eccl̄ia perusine dioceſis hz ex cōsuetudine quantū exigat p canonica, eccl̄ia vero Florētine dioceſis cui legaꝫ hz cōsuetudinē quantū soluat ecclesie parochiali a qua corpa assumunꝫ, ꝛ tūc putarē q̄ inspiciatur
8 ꝙsuetudo vigens in parochiali. rō est qꝛ †fauorabilior est conditio eccl̄ie parochialis q̄ eccl̄ie cui legaꝫ. Nā parochialis eccl̄ia pretēdet titulū oneroſuz ꝓpter sacra que ministrabat parochiano suo. de sepul. c.j. ecclesia vero legataria pretendit titulū lucratiuū, quia legatum est donatio. l. legatū. de le.j. ꝛ titulus donationis vel legati est titulus lucratiuꝰ. ſz de iure est q̄ duobꝰ ꝑcedētibus titulis diuersis potior est cōditio ꝑcedentis titulū oneroſuz q̄ lucratiuū, vt i regula. q prior. li.vj. Quartꝰ casus est qñ nulla est ꝙsuetudo in eccl̄ia parochiali, ꝛ insup nulla est ꝙsuetudo in eccl̄ia legataria q̄tū soluat p canonica, sed in alijs ecclesijs eiusdē dioceſis vel religionis est ꝙsuetudo circa quotā canonice parochialis, ꝛ tūc si ꝙsuetudo sit vniformis qꝛ disponat de certa ꝛ determinata canonica, tūc illa ꝙsuetudo seruabiꝫ. de offi. or. c. fi. Si autē cōsuetudo sit difformis, qꝛ cōsuetudo in quibusdā ecclesijs plus exigat q̄ disponat ꝙsuetudo in alijs ecclesijs ꝛ seruabiꝫ cōsuetudo que minus cōtinet. ff. de leg. iij. l. nūmis. ꝛ que magis consonat iuri cōmuni. de consue. cum dilectus.

Summarium.

1 Quarta pro canonica parochiali integre dz elargiri.
2 Decime debentur ex precepto dei.
3 Forma priuilegij Joānis. xxij. concessi predicatoribus. 4.
5 Cōstitutionū quedā sūt declaratorie iuris veteris, q̄dā iuris noui.
6 Priuilegiū indultū fratribus p̄dicatorib⁹ a quo tpe emanauerit.
7 Priuilegia specialia an tollantur p sequentē legē generalē. 9.10.
8 Dentio de lege cōtraria an debeat noiatim fieri in priuilegio.
11 Beneficiū principis debet esse mansurum.
12 Priuilegia interpretamur vt aliquid conferant.
Priuilegium legem tollit.
13 Differentia que sit inter priuilegia ꝛ gratias.
14 Olim prohibitū erat ecclesie parochiali dari quartā de relictis fratribus predicatoribus tā in cōi q̄ in singulari.
15 Acquisitio cedat honori.
Rationabilis voluntas per omnia est seruāda.
16 Relictum monacho vel fratri, monasterio vel conuentui censetur relictum.
17 Canonici exempti, an ecclesia censeatur exempta.
18 Consuetudo et vsus loquendi romanorum pontificum an sit attēdendus.
19 Lex habet locum vbi de mente non potest apparere.
20 Fraus legi fieri non debet.
21 Ecclesia quandoq; recipit portionem de his que non fuerunt relicta a testatore.
22 Juris ignorantia an possit preiudicare monasterio.
23 Dorte cōfirmatur etiā relictū amico vel consanguineo.
24 Intellectus clemē. dudū. §. verum. de sepul.
25 Noua cōsuetudo ex quo est rationabilis an possit derogari legi precedenti contrarie.
26 Tempus qō requiratur ad inducendam consuetudinem.
27 Frequens actus dicitur binus actus.
28 Priuilegium quando datur ad non faciendū, vno actu a contrario non producitur.
29 Prescribit ille cuius nomine possidetur.
30 Ecclesia minorum an possit esse in mala fide.
31 Prescriptio oritur ex causa facti.
32 Prescriptio cōtra personam immediatā, excludit psonā mediatā.
33 Pater an possit recipere solutionem pro filio in actione cōmuni sine filij consensu.
34 Ecclesia parochialis an possit p̄scribere cōtra mēdicantes vt soluāt vltra quartam taxatam autoritate apostolica.
35 Jus cōmune nō facit contra eꝑm prescribentem.
36 Renuntiare priuilegio sibi concesso de iure quis potest.
37 Minor legem superioris tollere non potest.
38 Eꝑs an possit facere statuta in p̄iudiciū alterius qui nō consentit.
39 Eꝑi cōtra exēptos nihil possunt disponere in eorū preiudicium.
40 Legatus an possit facere statutum contra ius cōmune.
Leges generales corrigere non licet.
41 Legatus se disponere non potest in non exemptis, multominus in exemptis.
42 Lex noua nō extenditur ad causam pendentem vel decisam etiaz si ad preterita referatur.
43 Bonum publicū preferri debet vtilitati priuate.
44 Confirmari non potest quod nullum est.

S. **Quoniam autem** per cle. vnduz. §. veruz. taxata est quar
1 ta †pro canonica parochiali que quarta dz integre elargiri, ꝛ papa ibi reuocat ꝛ cassat primi. gratias ꝛ ꝙsuetudines statuta ꝛ pacta insurgūt in frascripte questiōes. ¶ Et primo queritur cum quarta debeat integre prestari si ecclesia cui legatur pro legato consequendo fecit expensas in iudicio vel extra iudicium, vel executor qui debebat distribuere mendicantibus fecit expensas in iudicio pro legato consequēdo, vel pone q̄ legatus fuit fundus mendicantibus qui debet per eos vēdi ꝛ pretiū

Source : BIU Cujas

conuerti in eorũ neceſſitates, vt in extrauagandi. exĩt qui ſeminat §. ad hec. ꝛ in huiuſmodi fundo ſint facte expenſe neceſſarie vel vtiles per mendicãtes quibus legatus fuit fundus. An ad huiuſmodi expenſas debebit contribuere eccleſia parochialis. videl qõ eccleſia parochialis non debeat cõtribuere ad hmõi expenſas, qr debet hanc quartam integre habere, vt dicto §. verũ. ꝛ verbũ integre ſumitur ſine aliqua diminutione. de preben. c. maioribus. ꝛ. c. cum cauſam. C. de bo. mater. l. ĩj. de preben. cui de nõ ſacerdotali. lib. vj. quod metus cauſa. c. ĩj. in fi. inſtit. de acquiſitis per arrog. §. penul. de decimis. c. non eſt in fi. Preterea ſicut decime † debẽtur ex precepto dei. de decimis. c. j. ſic ꝛ eccleſia parochialis ex precepto apoſtoli, vt in. c. j. de ſepul. Sed in decimus eſt hoc q debẽtur integre. In contrarium videtur q iſtarum expenſarũ habeatur ratio. huiuſmodi enim expenſe minuunt legarum qñ legatũ conſiſtit in pecunia, ſecus ſi in re. ff. de impenſis in rebus dota. factis. l. ſi a domino. §. fi. ꝛ. l. interueniunt. §. fructus. ꝛ. §. debitor. eo. ti. facit. ff. de cõdi. ex le. in area. ꝛ hoc videtur tenendũ per. l. ſancimus. §. in computatione. C. de iure deli. vbi eſt caſus. Inſuper videndum eſt cuz per dictam cle. dudum. §. veruz. papa caſſet, tollat ꝛ reuocet omnia priuilegia quibuſcunq; conceſſa que eſſent contraria dicte conſtitutioni diſponenti de quota parochiali.

Inſurgit quedam difficilis queſtio q̃ talis eſt. Sancte memorie papa Jo. xxĩj. pontificatus ſui anno primo priuilegium conceſſit magiſtro prioribus ꝛ fratribus vniuerſis predicatorum in hac forma videlicet, concedim⁹ † quoq; vobis vt de illis que in ornamentis vel pro eis aut libris, fabrica, luminaribus anniuerſario. vĩj. xx. xxx. ſine alĩs ad perpetuum cultum diuinum ſeu pro pictantĩs aut victu ad ſuſtentationẽ veſtram vel indumentis necnon pro annuis cenſibus redimendis ad quorum ſolutionem alique domus veſtri ordinis obligate noſcunt, vel de domib⁹, predĩs hortis alĩſq; locis vobis ſecũdũ inſtituta veſtri ordinis opportunis, aut de his que pro huiuſmodi domibus predĩs, hortis ꝛ locis emendis legantur dummodo premiſſa non conuertantur in alios vſus ſed in illos duntaxat pro quibus relinquuntur, aut alia etiam que in hac conceſſione vel indulgentia continentur nulli canonicam portionem aliquam alicui teneantur exhibere, et ne quis a vobis vel vltimarum executoribus voluntatum ſeu decedẽtium heredibus de premiſſis aut de his que vobis in vltimis volũtatibus abſolute legantur vel alias pro veſtris neceſſitatibus offeruntur aliquid exigere vel extorquere preſumant diſtrictius inhibemus. C Demum poſt illud priuilegium idem papa Jo. ĩj. anno clementi. illas ſeruari mandauit, ꝛ eas direxit ad ſtudiũ bononienſe vt patet in prohemio clemen. in fi. C Queritur an de his que legantur ad vſus de quibus in dicto priuil. continetur debeat canonica parochialibus eccleſiĩs a quibus corpora aſſumuntur ꝛ ſepeliuntur in dicto loco predicatorũ, cõſiderato q dudũ a papa Bonifacio edita fuit decre. artans fratres predicatores ꝛ minores que incipit, ſuper cathedram ꝛc. Innouata poſtmodũ in concilio Vienẽſi. per clementem Papam. v. in qua inter cetera ſic continetur videlicet, verum ne parochiales eccleſie ꝛ ipſarum curati ſine rectores qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramẽta quibus noſcit de iure cõpetere, predicare ſeu pponere verbũ dei ꝛ confeſſiones audire fidelium debitis ꝛ neceſſariis beneficiis defraudentur cũ operariis mercedis exhibitio debeat, autoritate apoſtolica cõſtituimus ꝛ ordinamus eandẽ vt dictorum ordinuz fratres de obuentionib⁹ omnibus tam de funeralibus quã de quibuſcunq; quocunq; relictis diſtincte vel indiſtincte ad quoſcunq; certos et determinatos vſus de quibus etiã quarta vel canonica portio dari ſine exigi nõ conſueuit de iure, necnõ de datis vel qualitercunq; donatis in morte ſeu mortis articulo, aut in infirmitate dãtis ſeu donãtis de qua deceſſerit quocũq; directe vel indirecte fratribus ipſis vel alĩs proinde ſdẽ quartã partẽ quã autoritate apoſtolica taxam⁹ ꝛ limitamus parochialibus ſacerdotibus ꝛ eccleſiarũ rectorib⁹ ſeu curatis largiri itegre teneant, neq; illis plus dicti fratres ipẽdere teneant vt ſint aſtricti, neq; ad id a quoquã poſſint aliqualiter coerceri.

Nos enim vniuerſa † priuilegia, gratias, bo vel ſcripto ſub quacunq; forma ſeu expreſſione vel conceptione verborum a nobis vel predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus cuicunq; dictorũ ordinuz conceſſa, necnon conſuetudines, conuentiones, ſtatuta pacta inquantum ſunt premiſſis vel alicui ipſorum contraria penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus ꝛ irritamus: quinimo caſſa, vacua et irrita nuntiamus ꝛ nullius prorſus exiſtere firmitatis. C Ciſis omnibus predictis licet dubitari ſoleat ex quo cõſtitutiones tempore clemen. liguerint, voluerunt enim quidaz dicere q ille conſtitutiones non liguerint tempore clementis quoniam papa clemens in Vienẽſi. concilio ꝛ etiam ꝛ ante ꝛ poſt ipſum concilĩ conſtitutiones plurimas edidit quas collectas in vnuz ꝛ ſingulis titulis collocatis mittere decreuit ꝛ dare in commune ſubiectis ſz mors preueutus ſuum in hac parte propoſitum non impleuit ꝓpter que papa Jo. xxĩj. eius proximus ſucceſſor anno ſecundo ſui pontificatus clemen. predictas direxit doctoribus ꝛ ſcholaribus vt eas prompto affectu ſuſciperẽt ꝛ eiſdem deceterouterentur in iudiciis ꝛ in ſcholis vt dicit tex. in prohemio clemen. in princi. ꝛ in fin. ꝛ ſic dum tex. dicit data. patet q non liguerint tempore clemen. Jtez nec tempore pape Jo. xxĩj. niſi poſt dictam datam ꝛ poſt duos menſes a die dicte date. in aut. vt facte noue ꝓſtitutiones. ꝛ plene no. ſuper data ſexti. C Et ideo glo. in prohemio clementi. concludit qõ tempus date dictarũ clemen. ſit ipſarum cle. publicatio ꝓpter verbum decetero ibi inſertũ, nec obſtat publicatio facta tẽpore clemẽtis, quia licet illas publicari fecerit illas tamen non dedit vt patet ibi, quia papa Clemens dare decreuerat, ſed morte preuent⁹ ſuum propoſitum non implenit.

Vnde ſciendum quod † conſtitutionũ que dam ſunt declaratorie iuris veteris, ꝛ tunc ſtatim ligant ſine princeps in illis vtaĩ verbo declarationis, vt patet in cle. conſtitutionem. ꝛ. c. quia circa. de electione. ſiue non vt patet de reſcriptis. gratie. ꝛ de elec. cle. conſtitutionem. de offi. ordi. c. j. de cenſi. c. fina. ꝛ de reli. ꝛ vene. ſanctorũz. c. j. Similiter conſtitutio priuilegium indulgens ſtatim operatur effectum ſuum, vt patet de celebratione miſſarum. c. dignuz. de baptiſmo. c. j. de priuile. c. archiepiſcoporum. facit de conceſ. pre. c. j. lib. vj. hec vera in priuilegio ſimpliciter dato. Sed ſi priuilegiũ ſimpliciter emanat per viam conſtitutionis tunc imitatur naturã cõſtitutionis ꝛ eo caſu talis conſtitutio operatur effectum quo caſu ligat conſtitutio. Ceterum ſi cõſtitutio ſit noui iuris promulgatoria, tunc a die publicationis ligat poſt duos menſes niſi in ipſa cõſtitutione aliud tempus adĩciatur. de quo plene per glo. in prohemio clemen. ꝛ ſuper data ſexti. ꝛ plene per Pan. de leaza. in prohemio clemen. Ex his patet quod decre. ſupererat dum eſt noui iuris promulgatoria, ideo a die dicte date cepit ſuum vigorem habere poſt duos menſes, licet ergo illa conſtitutio emanauerit ante conceſſum dictum priuilegium quoniam emanauit a papa Bonifacio dicta conſtitutio ꝛ eius reuocatoria a papa Benedicto. ꝛ tandem Clemens illam innouauit, vt patet in clemen. dudum. de ſepul. ꝛ priuilegium indultum fratribus † emanauerit poſtmodum a papa Jo. tamen illius conſtitutionis vigorem cepit poſt datam dicti priuilegĩ. C Et ſciendum qõ papa Jo. per prefatam dataz anno ſecundo ſui pontificatus ex qua data publicatio dictarum clementinarum inducitur, vt dicit glo. in prohemio clementi. fuit non ſolum dictarum clemen. publicator, ſed etiam earum obſeruãdarum mandator, vt patet in prohemio clementi. in fin. vbi papa Joan. ſcribens vniuerſitati doctorum et ſcholarium mandat vt de cetero in iudiciis ꝛ ſcholis vtantur, et ſic illa conſtitutio, ſuper cathedram, autoritatem habet apoſtolicam tam a clemente q̃ a papa Joan. A clemente quidem habet autoritatem quia per clementem fuit innouata. C A papa quidem Joan. autoritatem habet, quia obſeruari eam precepit, vt. l. j. C. de veteri iure enucle. ꝛ eſt caſus ad literam de prebend. ſi apoſtolice. lib. vj. C Reſtat ergo videre vtrum predictum apoſtolicum priuilegium pape Jo. eximat predictos fratres vt ad dictam parochialem canonicam portionẽ non teneantur.

Circa quod premitto quoſdã caſus. primo quando precedit priuilegium ꝛ poſtmodum emanat generalis lex ſequens a principe cõtraria ipſi priuilegio tunc qñq; in lege generali noua nõ fit mentio ſpãlis de priuilegio, nec etiaz in noua lege addit clauſula generalis derogans priuilegio, ꝛ tunc priuilegium non tollitur propter nouam ſequentem legẽ. de reſcrip. c. j. vbi per glo. facit de conſtitu. c. j. lib. vj. de preſcrip. c. veniens. hinc eſt q ſpecialia † priuilegia non tolluntur per ſequentem legem generalez. l. j. §. ſi qua vero. de iuſtini. codi. vbi lex ſuperueniens generalis nõ tollit priuilegium contrarium etiam eo caſu quo lex expreſſe tolleret conſuetudinem contrariam, vt ibi eſt caſus notabilis. ſi autem in noua lege fieret expreſſa mentio de priuilegio, vel in noua lege eſſet clauſula generalis derogatoria quibuſcunq; priuilegiis, tũc conſtat per talem legem tollere, priuilegia precedentia cõtraria none legi. ꝛ ita loquitur de conſti. c. j. in fi. lib. vj. de reſcrip. c. fi. de conſue. c. j. de cle. non reſi. c. j. de biga. c. j. de cenſi. quãq;. de capellis mo. c. vnico. de ſenten. excom. c. alma. in fi. de electio. c. quia ſepe. de etate ꝛ quali. vt hi qui. de teſta. cle. j. de ſtatu mo. cle. attendẽtes. de reli. do. cle. j. de iurepatro. cle. j. de magiſtris. cle. j. de priuileg. cle. archiepiſcoporum. de penis. cle. cupientes. in fin. ꝛ de peni. ꝛ remiſſio. cle. ĩj. de ſenten. excõ. cle. j. ꝛ ita intelligitur de ſepulchro viola. l. iĩj. §. diuus. Quandoq; emanat primo lex ꝛ tandem impetrat priuilegium contrarium legi, tunc oportet in priuilegio fieri mentionem de lege contraria.

Solet tamen dubitari an debeat fieri mentio nominatim de lege contraria, † an autẽ ſufficiat clauſula generalis, non obſtante quacunq; lege cõtraria. ſpeculator in titu. de inſtrumẽ. edit. §. nunc autem. ver. ꝛ ſcias. q fieri

debet

Source : BIU Cujas

debet specialis mentio de lege cõtraria, ꝛ tunc tollitur lex quando concedens priuilegiũ potest legẽ tollere, vt.l.ij.§.si quis a principe ne quid in loco publico.C.de test.aut.hoc inter liberos.de rescrip. c.nonnulli.Si vero dicatur in genere non obstante aliqua lege, forte non valet nulla lege specificata.de confirma. vti.bone.de pe.bo. subla.l.ij.Sed alij dicunt qõ aut princeps scribit ex certa scientia, tunc sufficit clausula generalis nõ obstante aliqua lege.de quo per archi.de consti.c.j.lib.vj.Dicit aũt Jo. de excess.prela.c. vnico.lib. vj.ꝙ in omni materia si per verba derogatoria prolata lz generaliter ab eo qui põt apparet eius voluntas generaliter oibus derogare voluit.illi stabitur.ad materiam facit quod notat de rescrip. nõnulli. de capellis mo.ex parte.per Jnno.de cõsti.que in ecclesiarũ. per archi.c.j.de regulis iuris.lib.vj.l.marcellus.si contra ius vel vti. pu.l. fi.C.de transac.l.causas.ff.que sententie rescin.nõ po.l.fi.circa fi. et in aut.vt oẽs obediant iudi.prouin.§.si vero.in aut.de rebus non alienan.in prin.in aut.vt iudices sine quoquo suffragio.§. quisq;. ꝛ quod no.Jnno.de eta.ꝛ quali.cum bone.Et no.ꝙ ex forma dicti priuilegij concessi per papã Jo.expresse apparet de intentione pape Jo.priuilegium ipsum concedentis dicto ordini predicatorũ, ꝙ voluerit derogare dicte cle.dudum.cuius notitiã habebat ꝛ habere presumebatur.de consti.c.j.lib.vj.de testa.l.omni.ꝛ sic ex certa sciẽtia illi cle.deroganit,cui derogare potuit. de.elec.inotuit.

9 **Quandoqz emanat lex** †noua ꝛ anteq; publicetur per cõditorem legis ꝛ effectũ sortiatur emanat sequens priuilegiũ a successore principis contrariũ legi a predecessore facte ꝛ per hũc successorez principis lex predecessoris publicat,ꝛ per hunc successorez seruari mandatur,ꝛ iste est casus noster:quoniã papa clemẽs innouauerat constõnẽ,super cathedram.per quã innouationẽ illa cle. pro canone habita est,ꝛ ex tunc robur habuit.iij.dis.in summa.xxv.q.j.cap. nulli.ꝛ.c.nolentes.ꝛ.c.sunt quidã.ꝛ.c.generali.ꝛ.c.oia.xix.di.si Romanorum.ꝛ.c.seq.C.de legi.l.humanũ. ¶ Sed clemens non publicauerat,ꝛ mortuo clemente papa Jo.dictum priuilegium concessit fratribus.ꝛ demũ clemens publicauit ꝛ obseruari mandauit.an priuilegio sit derogatũ per illam clemen.nam vt ibi patet in.§.verũ illa cle.artat specialiter fratres predicatores ad vandam canonicã parochialibus ecclesijs a quibus corpora assumũtur ad quoscunq; vsus legetur:sed per priuilegium predictum eximunt in quibusdã casibus in priuilegio expressis. Cum ergo de iure sit ꝙ in his q̃ possunt de iure reuocari posterior dispositio specialis reuocet priorem dispositionem specialem.de rescrip.c.ceterum.ꝛ.c.ex tenore.de prescrip.c.veniens.occurrit illa inspectio quod illorum sit posterius,ꝛ quod prius.an illud priuilegium,an vero illa cle.sit per clementem innouata.ꝛ per papã Jo.postmodũ publicata ꝛ seruari mandata. Nam si autorem consideramus.i.papam clementẽ,tunc priuilegiũ
10 est posterius,quia emanauit a papa Jo.eius successore.† Si autez consideramus tẽpus publicationis ꝛ tempus quo clemen. sumit effectum,qui insurgit ex publicatione ꝛ tempus quo mandat seruari cle.tunc priuilegium est prius:quoniam emanauit primo anno pontificatus Joan.pape.publicatio autem cle.ꝛ cle.vigor ꝛ effectus et mandatũ super eius obseruantiam emanarũt secũdo anno pontificatus pape Joan.si ergo priuilegium habet se vt prius,ergo sublatum censetur per illaz cle.que tollit priuilegia precedẽtia. Si autem hz se vt posterius,non tollitur tunc per legem que ipsuz priuilegium precedit.Videtur ergo ꝙ dictum priuilegium non sit sublatum.habebat enim papa Jo.notitiam cle.dudum.antequaz priuilegium concederet,cui cle.videt derogasse per dictum priuilegium sequens non sit sublatum ꝛ quo ad papam Jo.habentem notitiam illius cle.non erat oportuna publicatio illius cle.facit qõ notat glos.de postu.c.j. ¶ Non ergo intelligitur papa Joã.reuocare dictum priuilegium per publicationem predictaz:quia in publicatione ꝛ mandato super cle.obseruantiam non est derogatum priuilegijs precedentibus per eundem papam Jo.concessis. Aut ergo consideramus illam clemẽ.habito respectu ad eius autorẽ.s. ad clementem,tunc constat dictum priuilegium pape Jo.manere in suo robore,quia papa clemens reuocat solum priuilegia concessa per se ꝛ suos predecessores,non autem reuocat priuilegia successorum que etiam si vellet reuocare non posset.de rescrip.c.fi. lib.vj. de electione.innotuit.Aut cõsideramus que postmodum fecit papa Jo.publicasse censeatur cle.ꝛ illas mandauit obseruari, et tunc adhuc non est sublatum priuilegium:quia id non continet in publicatione nec in illo mandato.

Preterea illa publicatio dat vigorez cle. quo ad eius obseruantiam,ꝛ ad idem operatur mandatum pape ꝛ eius obseruantia,seruatur ergo illa cle.prout in ea statutuz est.Et ad quid est statutum,certe vt tollantur priuilegia contraria indulto per clemen
11 tem vel predecessores.facit ratio quia licet beneficium † principis debet esse mansurum,vt in regula.decet.nec plus operatur illa publicatio ꝛ mandatũ de eius obseruantia q̃ si fuisset none legis promulgatio. Sed constat ꝙ per nouã legẽ nõ tolleret priuilegiũ precedens ex quo lex id non exprimit. vt.c.j. de rescript. ¶ Preterea hoc clare probatur.nã aut consideramus dictam publicationẽ cle. factam per Papã Jo.tunc illa publicatio solum dat robur ꝛ vigorem ꝛ effectũ illi clemẽ.quo ad eius obseruantiaz.obseruetur ergo vt tollant priuilegia concessa a clemẽte ꝛ predecessoribꝰ, non aũt a successoribus.Aut consideramus mandatũ Pape Jo.iubẽtis clemen.obseruari.quoniã in dicto mandato id non exprimitur,tunc illas mandat seruari iuxta earũ tenorẽ quarũ tenor solũ reuocat priuilegia cle.ꝛ predecessorum non successorũ,nec in huiusmodi mandato includit nec includi põt reuocatio dicti priuilegij pape Jo. quoniam in dicto mãdato nõ id exprimitur,immo tale priuilegiũ intelligitur reseruatum per Papã Jo.naz ex quo mandatũ includit solum reuocationem priuilegiorum concessorum a Papa clementeꝛ predecessoribus,ergo includit reuocationẽ dicti priuilegij Pape Jo.optime facit de consess.prebẽ.c. autoritate.li.vj.ꝛ in ratione sui de iudi.cũ pretor.de presum.nõne.ff.de mili.testa.l.tribunus.in fine.Rursus operetur priuilegium si derogatum non esset
12 illi cle.Constat ergo quod priuilegia † interpretamur vt aliquid conferant.de consue.cũ dilectus.de verbo.sig.abbate. de priuile. si Papa.li.vj.de fide instru.inter dilectos.sed dices si priuilegio locꝰ est,ergo illa cle.est inanis ꝛ vacua quo ad predicatores, qõ videtur absurdum:quia contra predicatores emanauit ꝛ in fauorẽ ecclesiarum parochialium.Respondeo,quo ad durationẽ inanis ꝛ vacua est lex cui per priuilegium derogatur donec durat virtus ꝛ effectꝰ priuilegij,nec est absurdum,sed iuri conueniens: quoniam priuilegium legem tollit.de priuil.c.j.lib.vj.ꝛ.c.volentes.reuiuiscit autez lex priuilegio reuocato a supiore vel extincto ex iuris dispositione de consti.cum accessissent.de priuile.si de terra.de decimis.c. suggestum.de iusti.ꝛ iure.l.manumissiones.

Ex his concludo qõ dictum priuilegium duret ꝛ non sit sublatum per dictã cle.ꝛ quod fratres possint vti priuilegio quo ad capitula in priuilegio contenta,vt de his ad solutionem canonice portionis ecclesie parochiali soluere non teneantur quantũ,nõ quo ad alia q̃ essent de iure parochiali.de quo plene per Jnn.sup rubrica de parochijs.ꝛ a quibus p dictũ priuilegiũ nõ sunt exẽpti,indubitatũ est ꝙ seruaret ius cõe.Naz priuilegiũ eatenus eximit quatenus in priuilegio cõtinet.ꝛ ideo dicit canon.qõ priuilegij tenor inspiciendus est. de priuile.porro.facit de excep.cuz venerabilis.in ver.illis.de pscrip. auditis.Item dñs papa in.d.§.verum.reuocat ꝛ cassat non solum
13 priuilegia sed etiã gratias.Queritur que † differentia sit inter priuilegia ꝛ gratias.Respondeo priuilegium est quod conceditur generaliter toti ordini,puta toti ordini mendicantiũ.Gratia vero vel indulgẽtia est que specialiter ꝛcedit alicui loco vel ecclesie. ita dicit abbas de sepul.in nostra.vel dic ꝙ priuilegium est illud qõ est perpetuum.Indulgentia vel gratia est illa que ad certũ tempus cõceditur.Tu dicas ꝙ inter priuilegium ꝛ gratiã nulla est differentia. ¶ Utautẽ hanc questionẽ plenius prosequamur eliciamus thema istius questionis in hunc modum. ¶ Testator reliquit patri suo,vel fratri,vel nepoti,vel alij consanguineo,vel affini existenti fratri predicatori centũ vt inde emat vestes,breuiarium,vel libros ad studendũ,habens solũmodo respectũ ad parentelam vel amicitiam vel alicuius remunerationis intuitu,alꝰ non relicturus:mortuus est ꝛ sepultus apud predicatores.

Modo queritur an ecclesia parochialis de illis centum debeat habere quartã per cle.dudũ.§.verũ.de sepul.Videt qõ quarta nõ debeat ecclesie parochiali.Dicitur em̃ in iure qõ de his que quis reliquit Christo,ecclesijs vel pijs locis pro remedio aie sue dz dari portio ecclesie parochiali.xiij.q.ij.sed aliud.in fi.de sepul.in nostra.et.c.se. ad idẽ qõ notat Jnno.eo.ti.de his.in glo.j.ver.dicimus tñ. ad idẽ ff.ad legem falci.l.j.§.ad municipium.sed in questione nostra non est hmõi,ergo cessat canonica.Ad idẽ de ver.sig.ex parte.iij.ibi qõ
14 personis specialiter ꝛc.Ad hoc faciebat olim decretalis † extrauagans benedicti.inter cunctas.ad finẽ.vbi phibitũ erat dari quarta ecclesie parochiali de relictis fratribus predicatoribus tam in cõmuni ꝙ in singulari.Ad hoc facit qõ notatur de sepul.relatum.in glo.iij.C.ad.l.falci.aut.similiter. ¶ Secũdo de relictis singularibꝰ personis eo modo vt supra in questione proponitur non debetur quarta per antiqua iura,vt supra probatũ est lz per decre.sup cathedrã.§.huiusmodi.tale ius nõ mutatur vt infra probabit.ergo stare nõ prohibet.C.de appel.l.precipimus.ꝙ aũt nõ sit mutatuz antiquũ ius probat.nã nomine fratrũ intelligitur cõuẽtus seu vniuersitas fratrum non singulares persone.ad hoc.ff. de rebus du.l. ciuibus.de condi.ꝛ demon.l.municipibus.de le.ij.l. lucius.§.ciuibus.ff.qõ cuiusq; vniuersi.l.vnica.C.de seruis rei priua.manumissis.in rubrica.ꝛ.l.vna. ¶ Tertio ista quarta debita eccle parochiali similis est falcidie debite heredi,vt sicut falcidia est i bonis heredũ,sic ꝛ ista quarta in bonis curatoꝛ.primũ pbat ad.l. falci.l.pen. ff.eo.ti.l.heres.scõm probat in quadã cõmissione bonifacij.viij.ad petitionem clerici morientis.que incipit,olim.§.preterea.Modo

Source : BIU Cujas

sic arguitur, heres non detrahit falcidiaz de mortis causa capione
preter volũtatẽ defuncti. vt no. ad legẽ fal. l. mortis. ꝛ. ff. de dona. cã
mor. l. qui pretio. sic ecclesia parochialis non detrahit quartã in ca-
su nostro cum istud relictum capiatur a monasterio preter voluntа-
tem defuncti. ¶ Quarto iz illud relictum acquirat monasterio vt
allegabat in contrarium pro parte altera, tamẽ non debemus cõsi
derare cui acquirat, sed cui honor exhibet in relinquẽdo ꝛ cui⁹ con
tẽplatione relictum sit. ad hoc optime facit. ff. de bo. pos. cõtratab.
15 l. penulti. §. hoc solum. † Non enim querimus cui acquirat sed cui
honor exhibitus sit. ad idem. ff. de dona. cã mor. l. si filio. ij. ibi, si po-
tius filio q̃ patri. eo. ti. l. fi. C. de vsufruc. l. fi. Ad idẽ. ff. de adimẽ. et
transferen. le. l. legato. ad idem de vulga. ꝛ pup. substi. l. qui liberis.
§. hec verba. ver. ꝛ ideo. ꝛ quia non ex iudicio veniunt. ad idẽ de cõ-
di. ꝛ demon. l. qui heredi. in prin. de operis liber. l. cũ patron⁹. §. cũ
libertus. ibi, heredes tamẽ. ꝛ ibi, itaq̃. ¶ Quinto decre. sup cathe
dram. §. huiusmodi. ꝛ alia iura eo. ti. c. j. ꝛ c. in nostra. ꝛ consilia dant
istam quartam ecclesie parochiali ex eo quod eius parochianus se-
pelitur apud fratres, ꝛ iste frater iniuriam nõ cõmisit nec sibi reli-
ctum est ratione sepulture. Nam ꝛ si alibi fuisset sepultus, illud idẽ
eidem reliquisset testator. ad hoc. C. de legatis. l. cũ aliena. ergo ec-
clesia parochialis illud relictũ defalcare non debet.

Sexto et vltimo voluntas rationabilis p oia seruan
da est. xiij. q. ij. c. vltimo. de testa. tua. C. de sacrosan. eccle. l. j. de reli.
do. cle. j. sed hic non seruaret voluntas testatoris si tale relictũ de-
falcaretur, ergo debet remanere intactum. qõ aũt frater iste sit su-
sceptibilis talis legati probatur. ff. de his que pro nõ script. l. si nõ
metallum. de alimẽ. ꝛ ciba. lega. l. is cui. ꝛ l. seruos. ad idẽ de capi. di
mi. l. eas. ꝛ l. in annos singulos legatũ. immo ꝛ si testator substituis-
set isti fratri in legato si prior vel abbas ingetaret super legato esset
locus substitutioni, vt no. ff. ad trebel. l. lucius. §. in heredes. et de
hoc tangit aliquid Archi. nil approbans. xix. q. iij. quia in glo. pe
16 nulti. In contrarium arguitur primo sic quod relinquit † mona-
cho vel fratri intelligitur relinqui monasterio conuentui. Nã sicut
patri per filiũ suo modo sic per seruum domino, ꝛ per monachum
monasterio relinquitur, ꝛ filio vel seruo herede instituto ꝛ heredi-
tate per eos acquisita a dño vel patri legari vel fideicõmitti potest.
hoc probatur. xij. q. j. non dicatis. in fine. xvij. q. j. c. vnico. de statu
mo. c. cum ad monasterium. in prin. ꝛ in decre. nicolai. exit q̃ semi-
nat. §. ad hec. cum fratres ipsi. ad idem. xix. qõ. fi. in fi. qõnis. et aut.
ingressi. scõm probatur. ff. de leg. j. l. cũ filio. ꝛ de le. ij. l. si alienus. ꝛ in
totum acquirit hereditas p monachũ. ad hoc. ff. de acq. here. l. pla
cet. immo plus qõ monacho volente adire hereditatẽ vel legatum
acceptare monasterio poterit adire ꝛ acceptare, vt no. Arch. xvij.
q. j. c. vnico. ar. C. de bonis que libe. l. fi. circa princi. §. si autẽ. ad hoc
de conuer. coniug. venẽs. in glo. penul. in princi. Respicimus emi
cui acquiritur, ꝛ non cui relinquit. Ad hoc de iurepatro. l. si vero.
§. ꝛcludit. Sufficit emi q̃ monasteriũ habeat quomodocũq̃ ꝛ qua
litercũq̃ de bonis liberorũ. l. contra. in. §. si debita. ff. quod cũ eo. l.
si filius. §. si filio. in effectu enim heres est.

Secundo hoc verbum fratrũ cõprehendit
etiaz singulares fra
tres. ad hoc qõ notat in. c. requisisti. de testa. in glos. hic respondet.
17 de priuil. per exẽptionẽ. lib. vj. Exemptis † enim canonicis non in
telligitur exẽpta ecclesia, vt ibi. ꝛ populo interdicto, interdicti in-
telliguntur singulares. de sentẽ. excõmunicatio. si sniã. §. fi. ꝛ priui-
legium concessum anglicis, extenditur ad singulares personas. de
foro compe. dilecti. hoc probatur expresse in regula fratrũ minorũ
approbata per Inno. tertium, ꝛ honorium tertium. Dicitur eniz
ibi in quodaz capitulo. Fratres enim nihil sibi approprient. quod
verbum ibi generalius Gregorius ꝛ Nicolaus declararunt debere
intelligi taz in cõmuni q̃ in singulari. vt in decre. Nicolai, exit qui
seminat. §. porro. ¶ Tertio presuppositо q̃ de iure cõmuni anti-
quo non debeatur quarta de huiusmodi relicto, tamen nõ potest
negari quin hodie dari debeat. ꝛ per. §. huiusmodi ibi exigi nõ dz
vel non consueuit de iure, ꝛ ibi directe vel idirecte, ꝛ ibi, aliud per-
inde, ꝛ ibi, nec alij sed alijs. ¶ Quarto videtur casus a cõtrario sen
su. de testa. requisisti. in fi. ibi, circa eum qui põt proprium possidе-
re. ergo si non põt propriũ possidere, non est curandum cuius con-
templatione sibi aliquid relinquitur, quia semper cum effectu in-
telligitur relictum monasterio. de his que fi. a prela. cum apostoli-
ca. ¶ Quinto hic videtur casus esse istius questionis. Nam olim
quidam volentes defraudare ecclesiam parochialem relinquebant
fratribus in singulari in eorum cõmoditates singulares vt emerẽt
sibi vestes vel libros vel aliquid aliud vt patet in supradicta cõmis
sione bonifacij. §. ad hec. ideo bonifacius declarauit q̃ de talib⁹ re-
lictis soluatur quarta, licet responderi possit q̃ ibi relinquebãtur
intuitu ꝛ salute anime, secus in questione nostra.

Sexto et vltimo in hmõi ambiguitate. s. fratrum
quomodo intelligi debeat, videt
18 esse attendẽda cõsuetudo † ꝛ vsus loquendi romanorũ pontificuz
qualiter, volentes de his fratribus loqui p que verba loquãtur. ad
hoc. ff. de le. j. l. si seruus plurium. de leg. iij. l. nũmis. ꝛ. l. si chorus. de
vsuris. qui semisses. de pig. act. l. vniuersorũ. de transla. prela. inter.
ibi iuxta cõmunem modũ loquendi. sed video q̃ romanus ponti-
fex volens istis fratribus aliquid precipere, prohibere, permitte-
re, ꝛcedere vel aliter qualitercũq̃ loq de eis ꝛ hic i singulari loquit
p hec verba, fratrũ, fratrib⁹, ꝛ similia, vt potest colligi extra de deci
mis. c. j. de regularibus. non solum. de excess. prela. c. vnico. in. vj. eo.
ti. c. nimis. sic ergo intelligimus dubium intantum vt bonifacius
senserit de relictis tam in singulari q̃ in cõmuni, ꝛ ita credens bñ
dictus bonifacium intellexisse volens eius contrariũ statuere sta-
tuit q̃ de relictis fratribus tam in cõmuni q̃ in singulari nõ tenea
tur dare quartam ecclesijs parochialibus. ¶ Super illo pũcto do
minus Jo. cardinalis qui glossauit decreta. super cathedraz. nihil
dixit, credo eum non vidisse commissionem illam bonifacij. Alius
glossator vbis qui glossauit cle. eaz non vidit: quod patet ex eo q̃
ipse super huiusmodi verbo taxamus, tenuit fm Inno. q̃ ecclesia
parochialis non possit petere quartam ab herede, sed a fratribus
ꝛ hoc est contra illam cõmissionem. §. preterea. tamẽ super questio
ne nostra parum arguitur pro ꝛ contra nil approbans in reporta-
tionibus domini Jo. an. per scholares apparet q̃ ipse remittit ad
illam cõmissionẽ. Ad hoc dominus Ly. de pistorio summus legũ
doctor consultus a domino Federico de senis super ista questione
in his scriptis sibi sic respondit, multum consideranda est ratio et
mens legislatoris vt ibi possit colligi mens ꝛ ratio que est idem ab
ea est concludendum, vt. ff. de iurepatro. l. adigere. §. q̃is. ꝛ de re
mili. l. milites. in principio vbi dicit de mente non potest apparere
19 habet locum lex. † prospexit. ff. qui et a quibus. ꝛ ad hoc accedit il-
lud quod scribitur. litera occidit, ꝛ spiritus vivificat ꝛc. vt dicit Ly.
in lectura. C. que sit longa consue. in. l. j. In questione nostra aduer
tenda sunt verba legislatoris et ipsius constitutionis. loquuntur
enim in relictis que pertinent ad vltimas voluntates, vt. ff. de ta-
bulis exhi. l. j. in fi. Item loquuntur de datis vel qualitercũq̃ do-
natis in morte seu in infirmitate, vnde processit mors ꝛ secuta fuit
sepultura. ꝛ per ista verba videatur legislator comprehendere om
nem mortis causam capionem, nec tantum legatum ꝛ causam mor
tis donationem. dicit enim datis ꝛc. vbicũq̃ enim de morte fit mẽ-
tio, dicitur causa mortis fieri vel dare. ff. de dona. causa mor. l. seia.
§. fi. Et dixit Ly. in lectura. C. de iure deli. l. ij. ꝛ mortis causa capit.
nam mortis causa capio est genus et complectitur quicquid pro-
pter alicuius mortem obuenit. ff. de dona. causa mor. l. qui pretio. ꝛ
l. similiter. ꝛ l. causa. ꝛ l. mortis causa capitur. ꝛ sic dicimus esse lega
tum vel relictum ipsi fratri ex sui contemplatione tantũ, ꝛ licet acq
ratur alijs fratribus in cõmuni preter voluntatez defuncti, tamen
est mortis causa capio illa, que propter mortem ipsius dãtur ꝛ acq-
runtur alijs fratribus in cõmuni tanq̃ per seruum ordinis, ꝛ sic ca
piunt propter mortem. ꝛ hoc quare voluit princeps romanus sa-
tis colligitur ex prohemio, ꝛ illa causa motiua fecit sic in statuit vt da
ta qualitercunq̃ in morte vt sit secuta sepultura defalcentur, ꝛ hec
habent locum de datis vel acquisitis cũ effectu, alis si esset inutilis
actio non defalcaretur.

20 **Preterea si posset dari vel** legari † contẽ
platione vni⁹
ꝛ in totũ reuocari, posset fieri fraus legi ꝛ cõcederet p obliquuz qõ
directe phibet, qõ nõ dz esse. ff. de dona. cã mor. l. qõ in cõditionis
implende cã. ꝛ de cõdi. ꝛ demõ. l. heres meus. §. fi. ꝛ decretalis super
cathedrã. §. hmõi. ver. facturi ꝛ curaturi. ¶ Cõcludẽdo dico quar-
tam deberi per iura allegata in hac parte. Ad iura allegata in con-
trariũ posita in primo articulo vnica solutione respondet q̃ iz di-
recte ꝛ principaliter testator non relinquat deo vel ecclesie, tamen
indirecte ꝛ illo mediante relinquit: ꝛ hoc sufficit p decre. sup cathe-
dram. §. hmõi. ibi, directe vel indirecte, ꝛ ibi alijs pro eis allegatis.
pro hac parte ꝛ pro hoc faciunt iura allegata pro solutione qõnis
in primo articulo. Ad iura posita in. ij. articulo rñdeo p iura posi-
ta in. vj. articulo pro parte solutionis. Ad iura posita in tertio arti
culo vbi arguit. de. l. falcidia ad canonicã debitã ecclesie parochia-
li rñdeo q̃ per omnia non sunt similia ꝛ sufficit inuenire dissimili-
tudinẽ ꝛ instantiam dare. qui filij sint le. per venerabilem. j. q. j. sicut
vigeri. q̃ autem in eodẽ articulo arguimus de mortis cã capione
preter voluntatẽ testatoris non detrahitur falcidia, rñdeo id non
habere locum omnino in hac canonica debita ecclesie parochiali.
Nam etiam de his que non fuerunt relicta a testatore vel donata
21 ecclesia † recipit portionem vt de candelis, oblationibus, cereis et
similibus, de quibus testator non disponit. immo consanguinei fe
cerunt hoc fm cõsuetudinẽ regionis, qualitatẽ ꝛ facultatez defun
cti. Et, propterea nõ est omnino verum q̃ conuentus fratrum pre
dicatorum capiat tale relictum propter voluntatem defuncti. Nã
licet propter amicitiam vel parentelam pariter principaliter legas
set. Non tamen prohibuit monasterio acquirere existentia apud
monachum, impossibilis fuisset eius prohibitio. non enim potest
facere ꝛc. de le. j. l. nemo potest. de testa. requisisti. si non disposuis-
set de

Source : BIU Cujas

set de legato quid fieri deberet abbate vel conuentu vetante legatum apud monachum vel fratrem remanere, tunc hz locũ quod legitur t notatur. ff. ad trebel. l. lucius. §. tres heredes. Si aũt diceret testatorẽ ignorasse legatum acquiri monasterio vel conuentui mediante illo fratre vel monacho. Dicemus cum hic sit iuris ignoran-
22 tia † hoc non debet preiudicare monasterio. ad hoc facit. ff. de iuris et facti igno. l. j.

Ad iura posita in quarto articulo vna solutiõe posset responderi quod decre. super cathedram. §. huiusmodi. nil dicit de acquisitis. sed solum de datis, donatis t relictis, vel specialiter respondeat ad. l. iij. ff. de bo. pos. contra tabu. vt contra in ea. l. in glo. s. non tantũ ad legẽ legatũ. de adimẽ. t transferẽ. le. respõdeo legatũ nondũ acquisitũ fuisse domino vel patri. Et ideo sicut per seruum debebat acquiri vt filiũ, ita t ademptio debebat fieri in earũ personas. ad hoc de regula. c. j. ideo non erat facta acquisitio, quia testator viuebat. ad. l. si filio. t. l. fi. ff. de dona. causa mor. responde vt proxime q̃ res donata adhuc non trãsiuit in donatariũ. ad. l. qui heredi. in prin. ff. de condi. t demon. responde q̃ ea que sunt facta non possunt impleri per aliũ, vt ibi no. glo. iij. ad. l. fi. C. de vsufruc. respõde vt ibi notat glo. immo t in glo. seq. ad. l. cũ patronus. §. libertus responde. vt eo. ti. l. si operarũ. ad. l. q liberis. §. hec verba. responde vt ibi no. per. l. cum filio. eo. ti. vel generaliter respõde ad omnia q̃ casuum diuersitas soluit conditionẽ. Ad iura posita in quinto articulo responde q̃ q̃ ibi supra nõ cõmisit vel fecit iniuriã presbytero parochiali ideo non grauatur ipse sed monasteriũ, cui fuit acqsita vtilitas legati. Sz dices q̃ ratione sepulture nõ fuit hoc relictũ Respondeo propter mortẽ t sepulturã sequutam hoc acquisitum est monasterio, t sufficit qualitercũq; acquisitũ est per mentẽ boni facij. vt in alr. Cy. s. continetur. Et dato qõ relinquat amico vel cõ
23 sanguineo † tamẽ morte ꝯfirmatur. Et si diceres q̃ tantũdẽ fuisset relicturus illi fratri, etiaz si sepultus fuisset apud minores. Respõdeo diuinatio est. t. l. cũ aliena. C. de leg. loquitur in alio casu, t sufficit q̃ qualitercũq; acquiratur cõuentui fratrũ predicatorũ et per quã durũ sit vt in. l. prosperit. Ad iura posita in vltimo articulo. Respondeo qõ causa finalis que mouit eum ad dandũ fuit parentela vel affinitas, t illa non impedit acquisitionẽ faciendã cõuẽtui vel monasterio vt dictũ est supra. in. §. qui incipit, ad iura posita in iij. articulo. qõ autẽ dixit testator q̃emeret sibi libros fuit cã impulsiua, vnde ea cessante nõ vitiatur quod factũ est. de iureiu. t si Christus cum suis concordantijs. nã t si non indiguisset, tamẽ ei vt consanguineo reliquisset. ad vltimũ quod dixit ex verbis dñi Cy. comprehendi q̃ bonifacius presumpserit fraudem euitandã legẽ durã posuit. t maxime cũ hic non fiat preiudicium fratri quia in nullo casu acquisiturus est sibi, sed in hoc ver. qui est in. §. huiusmodi. versi. facturi t curaturi q̃ nec alij vel alijs non intelligiť qñ relinquiť alicui ex fratribus quia tunc nõ est locus coniecturis incertis. ad hoc quod nota. de consuetu. cũ dilectus. in gl. similem. nec potest intelligi dictus ver. quando relinquitur alicui vt restituat fratrib⁹. Mã tunc fratres directe t ex indicio defuncti capiunt, t ideo soluere debent ad hoc quod legitur t notatur. ff. de bo. pos. contratab. l. iij. §. sed si ponas. Intelligitur ergo sic qõ fratres non debẽt operari qõ testator reliquit alicui qui non sit subiectus eorum iuri, t qui non teneatur ad quartã t q̃ fidei sue cõmittat secreto, t quod hoc restituat fratribus, t in hoc onerentur cõscientie ipsorum fratrũ. t hoc si fic scire possit, nihilominus debet soluere quartam. C. ad legẽ falci. l. iij. cum similibus. ¶ Secũdo queritur principaliter cũ Papa in dicta cle. dudũ. §. verũ. casset tollat t reuocet cõsuetudines cõtrarias illi constitutioni de qua loquitur dictus. §. verum. Insurgũt incidenter due questiones.

24 **Primo enim queritur** †an possit induci noua cõsuetudo disponens contra ea de quibus loquitur dicta cle. dudum. §. verũ. gl. in cle. statutum. de electione. super verbo consuetudinem dicebat qõ consuetudo noua potest induci contra priorẽ legem que consuetudinem reuocabat t cassabat. Et ratio videtur esse quia lex que consuetudines cassat videtur intelligi de consuetudine que erat ante ipsam legẽ. Non autem videtur reprobari consuetudo que sequiť post ipsam legem. Cõtrarium ibi tenebat Pau. de leazarijs dicẽs duos esse casus. Primus quãdo per legẽ reuocať consuetudo antiqua ex eo q̃ consuetudo erat irrationabilis, t tunc post ipsaz legẽ non possit induci alia consuetudo derogans illi legi. t ratio est, q̃ talis consuetudo est potius corruptela. de consue. cuz venerabilis. t ita debet intelligi quod notat Pau. in. d. cle. statutum dũ illa cle. refert se ad. c. quia sepe. de electione. li. vj. Et ita expresse tenet Abbas in. d. cle. statutũ. super verbo, sublata. Secũdus casus est quando per nouã legẽ reuocať antiqua cõsuetudo non ex eo qõ cõsuetudo esset irrationabilis. Sed ex eo quia Papa condendo nouã legẽ intendebat reuocare consuetudinem antiquam in priuilegiũ illi⁹ pro quo emanat nova lex, t tunc isto casu noua lex reuocans antiquam consuetudinem non ibi intelligeretur reuocare nouam consuetudinem que induceretur post ipsam legem: t ratio est q̃ † per
25 nouam consuetudinem ex quo est rationabilis potest derogari legi precedenti contrarie, t priuilegio precedenti contrario noue cõsuetudini, vt in. c. cum olim. de consue. Et per hoc dico q̃ per nouam consuetudinem posset derogari his que statuta sunt in dicta cle. dudum. §. verum. ratio est: quia ibi papa cassat consuetudines antiquas nõ ex eo q̃ essent irrationabiles sed nouã legẽ ꝯstituit in priuilegiũ parochialiũ ecclesiarũ vt in. d. §. verũ. in princi.

1 DEcimo ꝛ vltio quero quidaz † fuit habitus suspectus de heresi ꝛ facta canonica purgatione arbitrio Epi heresim abiurauit: deinde post tẽpus aliqꝺ deprehẽsus fuit in expressa heresi queritur an iste habeatur pro relapso et puniendus sit vt relapsus. iuxta no. in. d. c. ad abolendam. in fi. vel sit admittendus ad defensiones ꝛ penitẽtiam ac si nunq̃ fuisset habitus pro suspecto, vt. d. c. ad abolendam. in prin. Respond. text. in. d. c. ad abolẽdam. in fi. videtur, velle quod indistincte puniatur vt relapsus. tex. autem in. c. accusatus. in prin. eo. titu. lib. vj. aliter dicit distinguendo ꝛ melius quod: aut suspitio propter quam ille abiurauerat heresim erat grauis ꝛ vrgẽtibus indicijs ꝛ verisimilibus, ꝛ isto casu iudicatur vt relapsus, ꝛ eisdem penis punitur absq̃ vlla defensione. ita dicit tex. in. d. c. accusatus. in prin. ꝛ ratio est: qꝛ per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius quod prima vice fuerit in mala opinione contra fidem Xpi: in qua semper presumitur continuasse vsq̃ ad secundam deprehẽsionem: ita dicit tex. in. d. c. accusatus. in prin. ibi quadam iuris fictione censetur esse relapsus que quidem fictio siue presumptio est iuris ꝛ de iure, cõtra quam non admittitur probatio in contrarium, vt no. doc. in. c. afferte. de presump. ꝛ. l. quod ait lex. ꝛ. l. si adulterium cum incestu. ꝛ ibi Bar. ff. de adul. ꝛ. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. l. nõ est verissimile. ff. quod met. cau. ꝛ per Bal. in. l. neq̃ nat
2 ales. C. de proba. ¶ † Ex quo nota casum valde singularez quod in criminibus atrocioribꝰ quis punitur vltimo supplicio propter fictas probationes contra regulam. l. sciant cuncti. C. de probat. ꝛ ij. q. viij. quisquis. ꝛ. c. sciant. ꝛ vide supra que dixi. q. viij. ita colligitur ex tex. ꝛ glo. in. d. c. accusatus. in prin. idem sentit Abb. in. c. excõicamus. el primo. in glo. in ver. condemnẽtur. extra eo. tit. qꝛ alꝭ potuisset per penitentiam euitare penam: sed tu dic quod nõ punitur ibi propter fictas probationes, immo propter veras ꝛ expressas ex quo fuit deprehensus in heresi, ꝛ propterea punitur vltimo supplicio: sed illa prior suspitio hoc operatur quod presumitur siue fingitur esse relapsus ex qua fictiõe siue presumptione denegatur sibi facultas reuocandi ꝛ abiurandi heresim, ꝛ hoc est qꝺ in effectu operatur illa suspitio. ¶ Si vero suspitio pro qua prius abiurauerat heresim erat leuis ꝛ parua: tunc non habetur vt relapsus. sed est ac si nunc prima vice peccasset nec denegabitur sibi reuocatio ꝛ abiurationis beneficium: vt possit penas mortis euitare, vt. d. c. accusatus. ℣. j. ¶ †
3 Et no. quod isto casu teneo qꝺ istius reuocatio non sit admittenda nisi incontinenti fiat postq̃ fuit deprehensus in heresi propter illam priorem suspitionem: qꝛ non caret suspitione relapsi ꝛ in hoc vertitur satis arbitriuz iudicis quãdo velit reuocationem ipsam admittere, de quo dixi supra eo. q. v. in fi. vbi etiam tetigi verbum de hoc: quod nota pro declaratione eoruz que dixi ibi. pro quo facit quod habetur in. l. non omnes. ℣. a barbaris. ff. de re mili. ꝛ. l. quis sit fugitiuus. ff. de edili. edic. et hoc est quod dicit text. in. d. c. accusatus. ℣. j. ¶ Et nota vnum in hac materia relapsionis quod non solum quis dicitur relapsus in heresim si in eadem specie heresis bis peccauerit: verum etiam si in diuersis speciebus inciderit: qꝛ in hac materia non attenditur modus siue species peccandi: sed consideratur effectus violationis fidei ad quam omnes species heresis tendunt. vide tex. in. c. penul. in princ. extra eo. tit. ꝛ ibi Abb. ¶ Et ex his redditur expedita tota materia heresis, et primus iste liber iuxta intentionem meam quantum ad penas iudiciales. si tamen queris pleniorem habere notitiam de premissis crimine ꝛ illius speciebus, membris capitulis, vide p theologos in locis supra notatis in. ij. q. in fine, ad quorum doctrinas ꝛ rectum iudicium sancte matris ecclesie quo ad premissa ꝛ alia que fidem ipsam concernunt, tam dicta, quam dicenda semper me refero.

De Sortilegijs. Liber secũdus.



Quum est vt post heresis tractatum subijciamus titulum ꝛ materiam Sortilegiorum que sepius ex illa descendunt vel cum ea habent participationem talem quod sapiunt heresim manifeste ꝛ propterea rei ipsius criminis examini inquisitoris heretice prauitatis quandoq̃ subijciuntur ꝛ eisdem hereticoruz penis cruciantur, vt in. c. accusatus. ℣. sane. de heret. lib. vj. deuenio nunc ad materiam.

Summarium.

1 ☞ Sortilegium quid sit in suo sumptum genere.
2 Sortilegi proprie qui dicantur.
3 Sortilegia vt plurimum sub religionis falsa demonstratione fieri solent.
4 Sortilegus quis dicatur largo sumpto vocabulo.
5 Sortilegorum duplex est professio.
Sortilegium vnde dicatur.
Sors pro fortuna quandoq̃ capitur.
6 Sortilegia per quos fuerint prius adinuenta.

1 PRimo enim quero quid † sit Sortilegium generaliter sumpto vocabulo pro omni specie superstitionis. Respond. ¶ Sortilegium est superstitio quedam illusoria ꝛ summe noxia qua vtitur homo demonis ministerio, vt habetur. xxvj. q. v. in sum. ꝛ. xxvj. q. ij. qui fine saluatore. vbi de hoc. l. nemo. ꝛ. l. multi. C. de malefi. ꝛ math. ꝛ. s. Tho. in. scõa scõe. q. xcv. ar. iij. in tit. de superstitio. ꝛ no. in. c. j. ꝛ. ij. de sortil. ꝛ ideo sortilegi diuinatores ꝛ malefici huius diabolice religionis professi dicũtur hostes humane salutis ꝛ humani generis inimici. l. ꝛ si excepta. et l. fi. C. eo. tit. Quero nunc quis dicitur proprie sortilegus. text. eñ
2 xxvj. q. j. sortilegi. dicit quod. ¶ † Sortilegi ꝓprie hi sunt qui sub nomine ficte religionis per quasdam quas sanctoꝝ seu apostoloꝝ vocant sortes diuinationis scientiam profitentur aut quarundam scripturarum inspectione futura promittunt. ex quo tex. not. quod isti sortilegi ꝛ incantatores sub falso quodam ꝛ ficto religionis nomine sanctoꝝ vel apostoloꝝ sua conficiunt sortilegia, ꝛ hinc est quod isti incantatores: ꝛ maxime mulieres in suis sortilegijs ꝛ incantationibus, vt vulgariter dicitur sepius dicere iubent per maleficiatum aut infirmum Aue mariam, vel Pater nostrum aut alias similes orationes ad deuotionem alicuius sancti apostoli vel martyris: vt sub illoꝝ sanctoꝝ apostoloꝝ vel martyrum deuotione ac presidio opus quod conficiunt videatur ministrari: nihilominus omnia illa sunt falsa ꝛ ficta: ꝛ non ad verã deuotionem seu intercessionem illius sancti apostoli vel martyris dicuntur seu vouentur: † sed sub illa falsa religionis demon
3 stratione omnia opera predicta arte ꝛ presidio demonis conficiũt et sub illius deuotione vouẽt de quibus tum latius. j. dicemus. q. v. ꝛ. vj. tex. tamen in. d. c. sortilegi videtur ponere solum diffinitionem istius verbi sortilegi stricto sumpto vocabulo, quod denotat duntaxat speciem diuinandi: ꝛ sic sortilegia diuinatoria. Ego autem large sumo hoc verbum, sortilegiuz, siue sortilegiũ pro omni specie superstitiosa, siue malefica, siue amatoria, siue diuinatoria sit, vt supra dixi in prin. q. quoniam sunt tot diuersa nomina ritus ꝛ species istius diabolice religionis quod nimis longum esset velle cuiusq̃ suam ponere diffinitionem. ꝛ ideo sub hoc nomine sortilegij siue sortilegi omnium maleficoruz ꝛ diuinatoruz sectas comprehensas habere volo tanquã sub vno genere comprehendens sub se omnes ꝛ singulas species ipsoꝝ maleficioꝝ in substantia differentes, prout requiritur de essentia vere diffinitionis, ẽm Barto. in. l. j. ff. de testamen. ꝛ diximus supra titulo proximo, in princip. illa enim diffinitio est bona respectu illius sortilegij specialis de quo ibi, scilicet diuinatiui: sed volendo ponere diffinitionem sortilegi que comprehendat omnes professos cuiuscunq̃ sint

Source : BIU Cujas

speciei sub eadem generali diabolica religione dicendum est sic qꝫ
4 ¶ †Sortilegus large is est qui diabolicam religionem professus est ⁊ noxia quecꝫ superstitiosa aut elusoria demonis instructione componit. ⁊ scom hanc diffinitionem omnes species sortilegiorũ continentur sub verbo, noxia. continetur species amatoria ⁊ venefica: vt infra latius dicetur sub verbo, elusoria. continetur diuinatoria species. sub verbo, superstitiosa. sortilegia que fiunt ad sanandum maleficiatos, vt. l. nemo. et. l. multi. ⁊. l. eorum. C. de malefi. et
5 math. c. ij. de sortileg. xxvj. questio. v. sortes. ⁊. c. sequen. †Istorum autem professio duplex est. vna tacita, altera vero expressa de quibus ad plenum dicetur infra eodem in. iij. questio. ⁊ vide in sum. conse. in tit. de sortileg. questio. ij. ⁊ per totum. ¶ Sortilegium autem dicitur a sorte que in hac materia accipitur pro arte diuinandi. xxvj. questio. v. sortes. eadem causa. q. iiij. c. fina. ¶ Sors igitur hoc nomen accipitur quãdocꝫ pro fortuna, vt in authẽ. vt omnes obed. iudi. prouin. ℌ. arripiant circa finem. sumitur etiam pro conditione humana ⁊ pluribus alijs modis de quibus per glo. in proemio clemen. in ver. sortis. ⁊. l. milites. in ver. sortem. C. de testa. milita. ⁊ habetur in. l. ij. C. communia de lega. ⁊ in. l. sed cuz ambo. ff. de iudi. vide domi. Pride. de sen. in consil. cclxxxiiij. quod incipit,
6 domine reuerende. vbi plene examinauit quid sit sors. ¶ †Queri posset etiam a quibus fuerunt inuenta hec sortilegia ⁊ qui fuerunt primi qui illa introduxerunt inter homines. dic qꝫ populi ꝑsi. ceteris curiosiores nosce re ea que natura humana per seipsam facere nec docere potest. xxvj. questio. iiij. c. igitur genus. ⁊ quid sit sortilegium. ⁊ quid sint sortilegi vide Archidia. in. c. accusatus. ℌ. sane. de hereti. lib. vj. ⁊ in summa conf. in titu. de sortileg. questio. ij. et. iij. Hostien. et Ray. in summa eodem titulo. ⁊ sanctum Tho. secunda secunde. questio. xcv. in titu. de superstit. versic. ad quartũ dicendum.

Summarium.

1 ☞ Sortilegiorum diuersi sunt species.
Sortilegij prima species est diuinatiua.
2 Sortilegij species secunda que sit.
3 Sortilegiorum species tertia est venefica seu malefica.
4 Maleficiatum curare hominem nemo potest nisi eiusdez artis sit peritus.
Ars nulla hominem maleficiatum a maleficio liberare potest.
5 Egritudines que rebus proueniunt naturalibus ex cõtrarijs, hoc est per contrarias res curari possunt.
Remedia contra maleficia aut alios languores de iure ciuili non sunt reprobata.
6 Sortilegi et necromantici suis superstitionibus volentes fidem adhiberi aliqua futura prenuntiant.
Diuinationum quatuor sunt species, geomantia scz hydromantia, pyromantia ⁊ aerimantia.
Diuini quare sic dicti.
7 Incantatores qui censendi sint.
Arioli qui sint, qui aruspices, qui augures ⁊ qui phitonisse.
8 Astrologi qui dicantur, qui genethliaci, qui salitores et necromantici.
9 Necromantia vnde sit dicta.
Demones sanguinem amare dicuntur.
10 Jus ciuile magistros in secunda ⁊ tertia specie sortilegiorum solet equiparare.

1 Secundo quero quot sunt sortilegiorum species. ¶ Respond. quod multe sunt ac diuerse ꝑm diuersas hominũ professiones ⁊ formas quibus illa conficiunt principaliores vero ⁊ magistrales sunt tres, scilicet diuinatiua, amatoria, ⁊ venefica. ¶ Prima itaqꝫ dicit diuinatiua per quã isti sortilegi vsurparunt sibi nomen diuinatoris per quam futura quedã presentia vel preterita nobis ignota vaticinari conantur. xxvj. qõ. v. non oportet. ⁊. l. nemo. C. eod. titu. de malefi. ⁊c. ibi diuinandi curiositas ⁊c. ⁊ ꝑm hanc speciem sortilegium proprie ⁊ strictissime sumitur: quia dicitur a sorte que in hac materia sumitur pro arte diuinandi, vt supra dictum est. ⁊ hoc modo sumpsit tex. hoc verbum in. c. sortilegi. xxvj. q. j. Et Jo. lec. in sum. conf. in titu. de sortile. et diuin. q. ij. in fi. dicit quod triplex est genus diuinationis quorum primum est quod fit per manifestam demonum inuocationem qõ pertinet ad necromanticos. Secundum autem est quod fit per solam consideration em dispositionis vel motus alterius rei quod pertinet ad augures. Tertium est dum facimus aliquid, vt nobis manifestetur aliquod occultum quod pertinet ad sortes, et ista duo vltima fiunt per tacitam demonum inuocationem, vt ibi dicitur. sub quolibet vero istorum generũ diuerse sunt species, vt
2 ibi no. ⁊ dicetur infra hac. q. colum. ij. versi. redeo nunc ⁊c. ¶ †Secunda vero species sortilegiorum ea est que dicitur amatoria: quia fit propter amorem libidinosum: ⁊ vt plurimum ad flectenduz pudicos animos ad libidinem, tam mulierũ ꝙ virorum: sed frequentius mulierum. l. eorum. in prin. C. eo. tit. ⁊. l. iij. ℌ. hec adiectio. ff. ad leg. cor. de fica. l. si quis aliquid. ℌ. qui abortionis. ff. de pen. vbi fit mentio de poculo amatorio de quo latius dicemus infra. eo. titu. xij. q. ⁊ quid si ex poculo huiusmodi forsan male cõpositovel indisposite sumpto fuerit secuta mors absorbentis qua pena ministrator ille qui exhibuit potandum puniantur de hoc latius dicetur ibi. ⁊ etiã videbimus qua pena puniantur quãdo non fuit sub-
3 secuta mors: sz alius turpis effectus de quo infra. q. xj. ¶ †Tertia sortilegiorũ species est illa que dicitur venefica siue malefica: ⁊ ista est ceteris pernicioſior ⁊ magis odiosa per quam multa mala proueniunt et diuerse fabricantur infirmitates, morbi, ⁊ calamitates in humanis ac brutorum corporibus ex quibus mors sepius causatur. quidam enim hac specie malefica polluti cito pereunt. ⁊ hoc euenit quotiescunqꝫ cõpositio illa malefica est valde atrox ⁊ plurimum veneni habet in se quod qualiter fiat infra dicetur. quãdocꝫ vero non tam cito mors prouenit: sed post longas luctuosas quereias: et lachrymabiles fletus persone maleficiate corpus paulatim conteritur virtus debilitatur id quod demuz perit ⁊ propterea species ista solet dici malefica: quia semper tendit ad malum. l. eorum. in prin. ⁊. l. multi. C. eod. titu. ⁊ ideo nõ immerito lex vocat istos humani generis inimicos: qz semper quasi tendunt ad hominum necem ⁊ destructionem: ⁊ quandocꝫ sola carminis potentia interimunt absqꝫ vllo veneni haustu: vt dicit. s. Augu. in lib. x. de ciui. dei. cuius dictum insertum est. xxvj. q. v. c. nec mirũ. ℌ. magi. l. ⁊ si excepta. in princ. C. eo. titu. ⁊ alibi appellãtur hostes cõmunis salutis. l. fi. in princi. C. eo. titu. ¶ Quidam vero reperiuntur qui eadem professione muniti ⁊ malefica arte eruditi supradictas infirmitates ⁊ maleficas pollutiones ex languentibus corporibus auferunt et corpora ita graniter turbata breui tempore sanant. quibus vero medelis ⁊ remedijs ipsorum curas conficiunt ⁊ maleficas
4 illas pollutiones remouẽs referre nephas est: †nec putes quod cure huiusmodi fieri soleant absqꝫ scientia malefice artis ⁊ demonis instructione: qz malefice ille pollutiones destrui nõ solent nisi per eiusdem artis magistros vel qui sint diabolice professionis bene instructi aut quoquo modo participes: qz maleficia ipsa absqꝫ demonis ministerio et suffragio tam rebus ipsis quam verbis communiter inseri non solent in corporibus pariter nec tolli ⁊ hoc est quod dicit sanc. Augusti. in lib. de ciuita. dei. prout refertur. xxvj. q. v. nec mirum in fi. quod huiusmodi remedia ⁊ medelas ars non commendat medicoruz: quippe, qz illa non nouit. medicina enim naturalis ⁊ omnium phyſicorum ⁊ chirurgicorum ars tota cõmuniter non sufficeret ad sanandum corpora ipsa ⁊ remouendum dictas pollutiones que demonis opera: ⁊ ingenio in dicto corpore fuerunt inserte. eadem igitur artis peritia ⁊ suffragio equum est vt tollantur: quia cuius est condere eiusdez est soluere: cuius est cõdemnandi facultas eiusdem est ⁊ absoluendi libertas. l. condemnare. ff. de re iudi. ⁊. l. nemo qui condemnare. ff. de regu. iur. Et nihil tam naturale est quam eodem genere quodcꝫ dissolui quo colli-
5 gatum esse reperitur. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. † Non nego tamen quod si egritudines ipse ex rebus dũtaxat naturalib9 causantur, puta veneni quod ex rebus etiam naturalibus contrarijs tolli non possint absqꝫ demonis operatione si homines per se aut naturali scientia hec scire possent ⁊ naturalium virtutes ⁊ potentias ita subtiliter cognoscerent sicut demon: qz ea que mediantibus naturalibus proueniunt, mediantibus etiam contrarijs naturalibus tolli necesse est per ea que proxime diximus: sed qz istorum naturalium virtutes et potentie homini vtplurimum sunt ignote tam in specie quam in genere in arte medicine ⁊ demon qui subtilissimus est ⁊ perfectissimus naturalium virtutum cognitor melius ceteris omnia ista nouit nec vult illa posse cognosci, nisi per illos qui sub sua fide diabolicam religionem profitẽtur. ⁊ propterea vulgariter dicimus quod maleficia ⁊ egritudines huiusmodi nõ possunt cõmuniter tolli per medicos naturalis medicine peritos: sed solum per istos magos ⁊ incantatores qui sub eadẽ professione morantur ⁊ qui maleficia ipsa facere solent ⁊ possunt illimet eadez destruere ⁊ tollere possunt arte ⁊ instructione demonis vt supra. ⁊ habetur per sanctum Thomã in secũda secunde. q. xcv. arti. vj. ⁊. l. eorum. ℌ. fi. C. eo. titu. Sed nota quod de iure ciuili remedia ista non sunt damnanda ⁊ hi qui dicta remedia faciunt ⁊ sanant languores predictos nulla pena puniuntur de iure ciuili, licet id agant arte malefica ⁊ damnabili disciplina: vt est tex. in. d. l. eorum. ℌ. fi. C. eo. ti. tamen de iure canonico non licet aliquo modo hominez maleficiatum contrarijs maleficijs liberare. xxvj. q. vlti. admoneant. de quo tamen latius dicemus infra. qõ. xv. ¶ Sequitur modo: vt videamus de alijs speciebus sortilegiorum que sunt quodam modo species subalterne ad illas de quibus supra que in veritate potius videntur respicere finem ⁊ effectum ipsorum sortilegiorum quam principium. infrascriptevero respiciunt finem, principium, ⁊ medium: ⁊ iste diuersis nominibus nũcupantur ꝑm

tur ꝑm diuersos modos ꝛ formas quibus cõficiuntur ꝛ eisdem nominibus appellantur eorum magistri ab ipsa eorum arte cognominati. ¶ Redeo nunc ad primam speciem que est diuinatiua q̃ inter ceteras obtinet principatum in qua plures homines cõmuniter decipiuntur atq; incidunt quam in alijs: quia natura humana ꝛ illorum, maxime qui sunt curiosi naturaliter appetit scire que maiora sunt naturali scientia ꝛ humano intellectui occulta nimis.

6 ¶ †Et ideo videmus quod cõmuniter isti sortilegi, necromantici, magi ꝛ similes quotiescunq; volunt operibus et superstitionibus suis fidem adhiberi, licet extranei sint ꝛ penitus ignoti aliqua que ex preterito alicui acciderant eidem ad vnguem, prout euenerant referre solent quorum relatione: quia sapiunt veritatem alliciunt hominum mentes ad credendum sibi etiã ea que falsa sunt omnino. ista fuit sententia. S. Augustini in lib. x. de ciuita. dei relata per sacros Canones in. c. nec mirum. ℣. nulluꝫ suffragiũ. xxvj. q. v. sub hac enim specie plures militãt magistri: ꝛ omnes fere malefici profitentur artem predictam. ¶ †Pro cuius euidentia sciẽdum est quod diuinationuꝫ quatuor sunt genera siue species, sicut quatuor sunt elementa. Primum videlicet geomantia que fit in elemento terre: a geos quod est terra, et manchos. i. diuinatio. Hydromantia que fit in aqua ab hydro, quod est aqua. Pyromantia que fit in igne a pyr, qõ est ignis. ꝛ aerimantia que fit in aere. Hinc dicti sunt Geomanti. Hydromanti, Pyromanti, ꝛ Aerimanti, q artes ipsas profitentur, vt exponit text. xxvj. q. iij. c. igitur genus in princi. que verba fuerunt assumpta ex dictis sancti Augusti. in lib. de natura demonũ. ꝛ Hosti. in sum. e. ti. in prin. Quorũ quidã ex ipsis professoribus appellant. ¶ Diuini sic dicti quasi deo pleni. Isti eñ diuinitate se esse plenos simulant ꝛ astutia quadã fraꝺ
7 dulenta hominibus futura coiectant. ¶ †Alij incantatores et hi sunt qui artem verbis tantum peragũt, et est quandoq; tanta istorum potentia carminis vt verbis suis absq; aliquo veneni haustu occidunt, vt habetur. xxvj. q. v. d. c. nec mirum in princip. ¶ Quidam alij sunt Arioli sic dicti: quia circa aras idolorum nepharias preces emittunt ꝛ funesta sacrificia offerunt, quibus celebritatiꝫ demonum responsa suscipiunt. ¶ Alij dicuntur Aruspices quasi horax inspectatores. hi enim obseruant tempora dies horas ꝛ momenta ex quorum obseruantia bona vel mala futura predicunt. hi etiam intestina pecudum inspiciunt et ex his futura pronosticant. ¶ Alij sunt Augures qui volatus auium ꝛ voces intendunt inde dicitur augurium quasi auium garium. ¶ Alij dicunt Phitonisse qui quadam religione diabolicam professionem sectantur a Phitone, id est Apolline dicti qui auctor fuit artis diuinandi.

8 ¶ †Alij sunt Astrologi qui in astris vaticinantur, an vero sit hodie permissa vaticinatio per astrologiam dicetur infra questione sequen. ¶ Alij dicuntur Genethliaci sic vocati propter natalicio rum considerationes. isti enim capiunt diem natalis ꝛ horam alicuius et per. xij. celi signa syderumq; cursus calculantur et predicunt felices, et infelices futuros euentus ꝛ mortem quandoq;. ¶ Alij demum sunt Salitores sic dicti: quia dum cuiquam membri aliqua pars salierit aliquid exinde sibi prosperum, aut infelicẽ significari predicunt. hec omnia declarantur per tex. in. c. igitur genus que tamen non pro doctis viris, sed pro iunioribus ꝛ rudibus referre placuit quibus superaddo. ¶ Necromanticos qui per necromantiam vaticinantur quia videntur eorum incantationibus ꝛ coniurationibus resuscitari mortui quibus per dictos necromãticos fiunt interrogationes: et illi ad eorum interrogata respon
9 re †sic dicti a necros siue necron grece, quod latine dicit mortuus et mantia. i. diuinatio: ꝛ vt plurimum quando hec fiunt ipsi magistri adijciunt sanguinem cadaueri: quia demones dicuntur amare sanguinem. et propterea quotiescunq; fit necromantia cruor aqua miscetur vt demones colore sanguinis facilius prouocentur. hec habentur in. c. nec mirum. xxvj. q. v. in. ℣. necromantici que pro tyronibus similiter adiuncta fuere. ¶ Videndum est modo qui sunt professores, siue magistri qui in secunda et tertia specie sortilegiorum militare solent. et breuiter dicas quod hi qui sunt professores artis amatorie et in illa sortilegiorum specie militant ijdem in venefica specie profitentur ꝛ isti appellantur magi. s. qui artem magicam profitentur, vt dicit tex. in. l. eorum. in princi. C. eo. titu. ꝛ. d. c. nec mirum. ℣. magi. ꝛ isti sunt qui vocantur etiam malefici ob facinorum magnitudinẽ, vt dicit text. in. d. ℣. magi. Ius enim ciuile
10 †istos vtriusq; artis magistros equiparauit, tam in factura quam in penis. s. illum qui conficit sortilegia amatoria, et sortilegia venefica, et vtrunq; pariter eadem pena puniri iubet, vt. d. l. eorum. in princ. ꝛ. l. si quis aliquid. ℣. qui abortionis. ff. de pen. an idem sit de iure canonico quod eadem sit in vtroq; pena statuta aut diuersa dicemus. ℣. eo. x. q. ¶ Sunt quidam qui dicuntur incantatores qui sola potentia carminis perstringunt hominum vitas, isti solẽt vt plurimum in tertia militare: et quidam alij qui supra in prima specie expressi sunt, in hac tertia sepius se exercent, vt sunt Arioli qui in eorum sacrificijs et immolationibus adiungunt quandoq; imagines cere vel crete recentis, ꝛ illas iuxta feruentissimum ignẽ apponunt, vel acub⁹ earũ capita vel latera perforant, baptizant, ꝛ quamplura alia turpia faciunt, que conueniunt tertie speciei, vt latius infra dicetur in sequen. questione. ꝛ Necromãtici similiter sepius solẽt in tertia specie laborare de quibus similiter dicetur infra in dicta. q. sequen.

Summarium.

1 ☞ Sortilegorum professio duplex, expressa, scz ꝛ tacita. Professio tacita que sit ꝛ que expressa sortilegij.
2 Demones ratas habent submissiones sibi factas in manibus ministrorum suorum.
3 Professio expressa cum demone facta duplex esse potest.
4 Professio cum demone fit cum abnegatione nominis Christi et baptismatis.
5 Professionẽ expressam demoni facientes, expressum ei adorationis cultum impendunt.
6 Diabolus summopere ab hominibus adorari cupit, atq; vt adoretur nullum non mouet lapidem.
7 Demones euocati veniũt, certis temporibus, signis, carminibus ꝛ ritibus obseruatis.
8 Astronomi imaginibus quas ad demones euocãdos faciũt astronomatas vocant.
9 Infirmitates in humanis corporibus ex sola imaginum obseruantia absq; maleficio oriri non possunt.
10 Demones responsa prebere solent maleficis seu sortilegis.
11 Diabolus an sit futurorum prescius.
12 Thesauri absconditi an possint arte demonum inueniri.
13 Astrologi, chiromantici ꝛ similes ex signis celestibus et astrorum cursibus predicentes, an peccatum incurrant.
14 Chiromantia an possit absq; peccato exerceri.
15 Sortilegia amatoria ꝛ venefica et in corpore et extra corpus fieri possunt.
16 Sortilegi sacramenta ecclesie quandoq; permiscẽt suis sortilegijs.
17 Amor an vere oriatur ex maleficijs amatorijs que fiunt ad amorẽ prouocandum.
18 Amare nemo cogitur inuitus.
19 Sortilegi hostia consecrata vtuntur quandoq; in sortilegijs amatorijs.
20 Hostia scripta literis sanguineis vtuntur sortilegi ad amorẽ prouocandum.
21 Sacramẽta ecclesie sortilegijs cõmixta, an possint mouere animũ maleficiati ad amandum maleficiantem.
22 Demon quare sortilegis suadeat sacramentorum abusus effectus aliquos mirabiles parere.
23 Demones per artes magicas aduocati comparere cogunt inuiti.
24 Amoris effectus an possint produci per rerum mixturas a sortilegis factas.
25 Sortilegiorũ tertia species malefica dicitur, que nullius causa boni esse censetur.
Uenena non mala que dicantur.
26 Uenena mala propinans, conficiens aut vendens punitur.
27 Uerborum sola potentia hominem interimere posse creduntur quidam.
28 Species quas maleficiati euomunt vnde ortum habeant, ꝛ an sint in rei veritate.
29 Maleficj qualiter per vnctiones maleficia sua perpetrent.
30 Maleficia qualiter extra corpus maleficiati censeantur fieri.
31 Uerba quedam malefica in omnibus sortilegijs admiscentur.

Tertio quero quot modis

1 fiunt sortilegia loquẽdo de omni specie, vt. s. Respon. multis: ac varijs modis fieri posse. ¶ †Pro cuius intelligentia sciendum est quod duplex est sortilegorum professio, tacita. s. et expressa, intelligendo de professis cuiuscunq; speciei. ¶ Tacita enim professio est promissio quedam quam quis facit alteri professo de obseruãdo que sibi mandauerit sub promissione, quod grandia faciet, et mirabilia in vita sua cognoscet futura: et multa alia his similia, dummodo fidem catholicam abijciat, et omnia ecclesiastica sacramenta pessundet: et totis eius viribus adherebit cultui et obediẽtie sui magistri et illum tanquam verum principem adorabit cultum vere adorationis sub idolorum forma sibi prestando, et alia huiusmodi turpiora pacta, et cuncta opera per ipsum facienda sub illius nomine et deuotione conficiet. et ista dicitur tacita professio: quia non fit proprie cum demone, sed cum ministro demonis, et in qua nulle interueniunt solennitates extrinsece, que interuenire solent in expressa professione: sicut est solennis stipulatio, fides prestita per iuramentum de obseruantia promissorum, item homagium ꝛ fidelitatis promissio erga demonem vna

Source : BIU Cujas

cum postergatione ꝛ omnimoda diuisione fidei christiane et alijs que in ea requirũtur, vt in.c. qui sine saluatore. xxvj. qõne. ij. ꝛ vide sum. confes. eodem titu. qõ. iij. ꝛ. vj. vbi fit mentio de vtraq; profes-
sione ꝛ pacto habito cum demone. s. tacito et expresso, et eodem ti-
2 tu. q. x. in fi. †quam submissionem ipse demon postea ratam habet ꝛ reddit se facilem in obsequendo voluntati et appetitui illius si-
cut aliorum quo facto omnia sortilegia sicut expresse professi fabri
care incipiunt, vt ibi not. et notatur etiam per quendam Modernum theologum in quodam suo tracta. de strigi. mag. demon mi-
rand. lib. j. c. iij. et. l. nemo. et. l. eorum. in princip. C. eodem titu. et in. c. ij. de sortileg. vbi dicitur de illo qui aspiciebat in astrolabio pro inueniendis furtis. et de hac tacita professione videtur etiam meminisse text. si bene considerentur verba sua in dicto. c. nec mi-
rum. §. necromantici. ver. ad hec omnia. vbi post narrationem cer
torum remediorum que fiunt erga maleficiatum pro salute corpo-
ris subiũgit textus hec omnia fieri arte demonum ex quadam pe-
3 stifera societate hominum ꝛ angelorum malorum exorta. ¶ †Al
tera vero dicitur professio expressa, ꝛ est illa que fit expresse cũ pro-
prio demone, et ista est duplex. Una que dicitur solennis siue pu-
blica: altera q̃ dicit priuata. Solennis em̃ est et publica est illa q̃ fit cũ demone duz publice residet in solio maiestatis more principis: qñ fiũt vniuersales ꝯgregationes oim strigarũ ꝛ maleficiorũ necromã
tiũ cuiuscunq; generis professor certis nocturnis horis locis, ꝛ tẽ-
poribus demonis arbitrio constitutis vbi vniuersis astantibus fit ista professio. ¶ Priuata vero est illa que fit cum ipso demone pa
cto expresso cum iuramento, vt infra citra tamẽ solennitates ꝛ ho
minum multitudinem: vnde contra istos dicitur. Esa. xxviij. c. Di
xistis, percussimus fedus cũ morte, ꝛ cũ inferno fecimus pactũ: et de hac fit mentio in sum. confes. eodem titu. q. iij. in princip. et. q. vj. ꝛ. xij. fiunt quandoq; eisdem solennitatibus, quibus fieri solent vere ꝛ solennes professiones monachorum in Christi religione, dũ
4 profitentur regulam monasticam relinquentes mundum †illi ve-
ro faciunt contrarium: quia relinquunt primo deum saluatorẽ ab-
negantes illius nomen et baptismum: et postea reliqua sacramen
ta ecclesie: deinde adherent demoni eidemq; perpetuam obedien
tiam spontanea voluntate promittunt superaddẽtes etiam sacra-
mentum et homagium indubitatum adeo quod penitus efficiũ-
tur demoni subiecti ꝛ plusq; vasalli. et ex tũc contrahitur inter ho
minem ꝛ demonem amicitia quedam et pestifera societas ex qua multa mala et turpissima opera conficiunt, et quedam alia turpio
ra faciunt que referre non audeo vide illum Modernum theolo-
gum in. d. tract. de strig. demõ. miran. lib. j. in. iij. c. vbi latius om-
nia ista ponit, et in summa confes. eodem titu. c. iij. et. iiij. in princi.
5 ¶ †Isti vero qui expressam professionem fecerunt, reddunt etiaz expressum cultum adorationis demoni per solennia sacrificia que ipsi faciunt diabolo, imitantes in omnibus diuinum cultum cum paramentis luminaribus et alijs huiusmodi ac precibus quibus-
dam et orationibus quibus instructi sunt adeo ipsum adorant et collaudant continue sicut nos verum creatorem adoramus. xxvj. q. v. contra idolorum. et est glo. in. c. accusatus. §. sane. de heret. lib. sexto. et in summa confes. eodem titu. questione. ij. ꝛ. iij. et. xxvj. q. vj. non obseruetis. et eadem causa ꝛ qõ. ij. qui sine saluatore. vbi est bonus tex. in quibus autem locis ꝛ quibus temporibus hec faciũt dicetur infra. q. sequen. Et hoc procedit: quia diabolus summope re desiderat ab homine adorari ꝛ deum ipsum creatorẽ in hac ado-
ratione imitari: quod prouenit ex illo peccato superbie, quo ipse Sathanas voluit se facere equalẽ deo et pariter sicut ipse adorari quod peccatuz adhuc in se retinet. vt dicit san. Tho. in. ij. ij. q. xcv. articu. v. et sanctus Augustinus in libro. x. de ciuitate dei: cuius di
cta tradita sunt. xxvj. q. v. nec mirũ. §. auguria. ver. sed hoc quosdã
6 fallit. ꝛ ver. ad hoc. vbi dicitur quod †Sathanas ad hoc valde niti-
tur vt adoretur quasi deus. et propterea illi qui interueniunt in di-
ctis sacrificijs et expresse ipsum Sathanam adorant ipsi sunt sibi ceteris predilectiores ꝛ nihil petunt quin exaudiãtur ab eo ex his que ipse facere poteſt, et si petuntur ea que ipse facere non potest fingit illa facere posse et per multas illusiones decipit suos profes-
sos: et propterea dicunt quidam quod sortilegia ꝛ maleficia que fiunt per istos sunt ceteris atrociora et grauiora quippe: quia dia
bolus summopere cupit istis complacere a quibus maius premiũ recipit, et isti sunt qui solent quandoq; struere imagines cere: vel crete: seu alicuius mixture gummarum et similium. et dicit sanct⁹ Augustinus in lib. xxj. de ciuitate dei: hec verba not. quod demo-
nes alliciuntur his rebus characteribus signis et carminibus ma-
gicorum non tanquã animal cibis: sed quasi spiritus signis: quia enim homines in signum subiectionis eis offerunt solennia sacri-
ficia, et prostrationes faciunt, gaudent summopere huiusmodi re
uerentie signa sibi exhiberi. alliciuntur autem diuersi demones di
uersis signis, secundum quod diuersis vitijs ipsorum magis con-
ueniunt. verba sunt sanc. Augustini relata per sanctum Thomã, in tracta. qq. dispu. prime partis in titu. de mira. questione. x. ver-
7 sicu. respondeo. in fine. vbi dicit †quod demones certis tempori-
bus obseruatis et determinatis carminibus et signis, ritibus et imaginibus consecratis vel potius execratis euocati aduenium, quas imagines isti malefici portare solent ad loca sacrificiorum deputata quibus completis composito ingenti igne dictas ima-
gines primo baptizant in nomine Beelzebub, principe demo-
niorum seu Sathane, et quibusdam alijs turpioribus verbis que referre nõ audeo: quibus sic peractis imagines predictas igni ad-
herent et ibi petunt que mala et infirmitates volunt in vera na-
turali persona illius quem vel quã ipsa representat imago inferri et quibus doloribus et tormentis cruciari, quandoq; enim acu-
bus vel alijs ferribus acutis perforant sibi capita costas femora pe
ctus ventrem, aut aliam corporis partem in qua cupiunt exoriri infirmitatem in personam maleficiati de quibus imaginibus fit mentio in summa confes. in titu. de sortile. questione. xij. vbi dicit
8 †quod hi qui faciunt dictas imagines dicuntur astronomi ꝛ illas vocant astronomatas, que omnia opere demonum habent effectũ cuius signum euidens est: quia in eis necesse est scribi quosdam ca-
racteres qui naturaliter intelligi non possunt ꝛ ad nihilum, operã
tur, nisi ad opera demonum execranda, et illinc ad modicum tem pus auditur persona illa contra quam sortilegia et maleficia pre-
dicta facta fuerunt quod grauiter dolet et lamentatur de maxi-
mo cordis viscerum vẽtris femoris stomachi aut capitis dolore di
cens graui quadam infirmitate repentina cruciari quã nullus me-
dicorum cognoscere nec curare potest, et hec est illa quam sorti-
legus demonis arte malefica sibi imposuit interueniente postea sortilegio formali, vt infra dicam, et ista est veritas cui nec sacri ca
nones, nec sacrorum theologorum schola repugnat, vt in dicto. c. nec mirum. §. si autem. quilibet opponit, circa finez. vbi ad hoc spe
ciale quesitum respõdet sanctus Augustinus: et fatetur quod de-
mones possunt in sanis corporibus christianorum immittere egri
tudinem mediante ministerio sortilegi et malefici, sed reprehẽdit illos qui credunt in eis propter periculum anime: quia qui in il-
lis credunt recedunt a fide christiana in totum, aut dubitant siue vacillant in ea, argumen. c. j. extra de hereti. et diximus supra ti-
9 tu. primo. questione. ij. ¶ †Non tamen tibi persuadeas quod ex sola illa imaginũ obseruantia tactu et cerimonijs absq; alia factu-
ra et maleficio possint huiusmodi infirmitates in dictis humanis corporibus exoriri: quia hoc esset ridiculũ credere, sed fiunt postea venenorum compositiones ꝛ conficiunt mixturas maleficij, quod prestant maleficiando, aut in corpore, aut extra corpus in corpo-
re. s. per pulueres venenorum commixtos in cibo, aut potu per-
sone maleficiande, aut per varias vnctiones factas in aliqua cor-
poris parte: in qua egritudinem cupiunt exoriri: extra corpus ve-
ro fiunt, quando ipse facture siue maleficia sic in vnum composita absconduntur in lecto persone maleficiande, super quo iactura fit aut sub limine ostij camere, vel alterius ostij, super quo persona ipsa maleficianda transitura sit illaq; pedibus calcare continget, de quibus latius infra dicet in sexta questione. Et istimet expres-
se professi peractis sacrificijs huiusmodi sepius consueuerunt in-
terrogare Sathanam in forma idoli super altare existentem, vt futurorum, aut preteritorum, siue presentium occultorum noti-
10 tiam sibi demonstret †qui Sathanas sub idolorum forma illis re
sponsa restituit de presentibus et futuris: valde occultis et remo tis verum et certum consueuit prestare responsum ex quo ipse qui est spiritus liber subtilis, et eleuatus nulloq; premitur pon-
dere carnis, sicut homo videt ꝛ expresse cognoscit omnia que fiũt et facta sunt in vniuerso orbe terrarum, que omnia facile homi-
ni indicare potest, sed que futura sunt minime: quia illa solus de⁹ nouit esse vera, prout sunt vel erunt in suo esse: quia apud ipsum vt dicunt Theologi, nulla datur temporis determinatio presen-
tis preteriti vel futuri: quia omnia sunt illi presentia in speculo diuine maiestatis, eo igitur excepto nulla creaturarum habet cer tam notitiam futurorum, vt latius infra dicemus, questione. x. et habetur per Esaiam. xlj. c. annuntiate nobis que futura erunt: et dicemus quod dij estis vos: et ideo demon qui est Dei creatura, vt habetur Gene. primo. non potest cognoscere futura ex certa scien-
tia, sed per quasdam coniecturas vt latius infra dicetur in decima questione: quotiescunq; igitur fit interrogatio de preteritis, aut presentibus occultis, vel de his que fiunt in longinquis partibus redditur prompta responsio, sicut ab eo qui habet certam scien-
tiam, vt not. in dicto. c. nec mirum. xxvj. questione. v. ꝛ notant ca-
11 no. in. c. ij. de sortileg. ꝛ. l. multi. C. eodem titu. †quotiescunq; vero queritur notitia futurorum: tunc non venit tam prompta respon sio, sed tardior dubia et implicita: quippe quia illorum in verita-
te ipse est ignarus, quorum certa notitia ad solum deum spectat: ꝛ ad illum duntaxat cui deus voluit reuelare, vt habetur Esaie di
cto. xlj. c. ꝛ dixi supra proxime: ꝛ habetur Act. apostolorũ. j. c. vbi dicitur. nõ est vestrum noscere tẽpora vel momenta que pater po-
suit in sua potestate. ꝛ per sanctum Tho. in. ij. ij. q. xxvj. articu. vj. ꝛ dixi infra eodem. qõ. vj. hi vero qui tacitam habent professionem cũ demone, licet ipsi quoq; sua execrãt maleficia demonis ministe-
rio et

Source : BIU Cujas

rio ꝛ ſuffragio et corpora ſaucia ab huiuſmodi langoribus ſanant nihilominus non habent eandem vim ꝛ poteſtatē, ſicut hi q̄ ſunt expreſſe profeſſi ꝛ ſunt reſpectu illorū, vt ita dixerim tanq̄ fratres nouitij; aut fratres tertij ordinis reſpectu profeſſorū cum ipſi tam in eorum profeſſionibus quā in cultu imitantur diuinum ꝛ mores noſtre religionis ꝑm diuerſitatē profeſſionis ꝛ cerimoniarū, oīa tamen ad eundem effectum tendentia, vt dicit tex. in. c. excōmunicamus. el. ij. in prin. extra de hereti. vbi dicitur, facies quidem habentes diuerſas candas vero adinuicem colligatas ꝛc. ¶ †Inter
12 quos non omittam illos † qui arte huiuſmodi iactāt ſe poſſe inuenire theſauros in locis valde remotis ꝛ ſubterraneis abſconditos et q̄ſq̄ inducunt homines ad talem inſaniam vt foueas quaz ingentes conficiunt pro inueniendis theſauris huiuſmodi, et iſta videtur mihi quod ſit vna ex turpioribus illuſionib⁹, quas demō homini faciat: quia in rei veritate nunq̄ legi, vidi, nec audiui, quē quam ex necromantis, magicis, aut ſortilegis huiuſmodi aliquos vnq̄ inueniſſe theſauros, aut alias aurum vel argētū, ſed q̄plures vidi huic operi incūbētes qui mirabiliter conati ſunt velle experiri poſt multos labores ꝛ diabolicas obſeruantias demum nihil viderunt, nec inuenerunt, niſi terrā, ꝛ ratio eſt: q̄ deus non permittit, nec vult demonez poſſe theſaurizare: quia alias ſequeretur qō iſti magici, necromātici, ac ceteri diabolice fidei profeſſores eſſent ceteris chriſtifidelibus ditiores ac preſtantiores, ꝛ quā plures reperirentur ex ipſis chriſtifidelibus qui animo ditandi proſequerent illos nec curarent chriſtianaz ipſam poſtergare fidē vt magno theſauro abundarent et venerarentur ab omnibus. Quinimo videmus hodie totum oppoſitum q̄ iſti ſortilegi, magi, necromātici, ꝛ ſimiles ſunt ceteris chriſtifidelib⁹ pauperiores, ſordidiores, ꝛ viliores, ꝛ in hoc mundo deo permittente calamitoſam vitam communiter peragunt, demū vero infelici morte pereūt, ꝛ eterni ignis incendio cruciantur, vt in. c. firmiſſime. extra de hereti. ꝛ. xxvj. q. v. nec mirū, ꝛ ea qua demō argutia illos decipit eadem ꝛ ſimilib⁹ promiſſionibus ipſi nos decipere ſtudent, ſed nō capiūt, niſi aliquos qui ſunt ſimplicis cognitionis, ꝛ carent intellectui ꝛ ratione vel q̄ ſunt nimium creduli ꝛ curioſi qui auiditate quadam impudenter appetunt ſcire ea que nulla ratione aut honeſta cauſa cōpetit ſibi
13 inueſtigare. d. c. nec mirū. §. auguria. ver. portentis. ¶ †Sed quero nunc an aſtrologi: chiromantici, ꝛ ſimiles qui ex ſignis celeſtib⁹ ꝛ aſtrorum curſibus futura predicunt incidunt in peccatum, ꝛ videtur dicendū qō ſic, q̄ iſtorum notitia ad ſolum deum creatorem pertinet, vt ſupra proxime diximus, ꝛ habetur Eſaie. xlj. c. annuntiate nobis ꝛc. Tu dic aut iſti Aſtrologi, ꝛ alij prenominati volūt futura ipſa predicere ex certa ſciētia, ꝛ non licet eis: quia ſigna illa celeſtia ſunt ſigna rerū non cauſe rerum, ſ. cauſe finales, ꝛ licet inclinent naturam humanam ad aliquid faciendū, non coarctant nec imponūt neceſſitatem alias nulla eſſet in nobis liberi arbitrij poteſtas a deo tributa ſi cogeremur contra voluntatem noſtram peccare, vt dicit. S. Tho. in. ij. ij. q. xxvj. articulo. vj. ꝛ not. per Abb. in c. ij. de ſortileg. aut predicunt illa per modum demōſtrationis, ſeu inclinationis, ꝛ bene dicunt dūmodo non demonſtrent neceſſitatem preciſam neq̄ cauſatiuam in eo quod ratione liberi arbitrij prudenter homo euitare poteſt, vt dixi, ꝛ iſto modo non peccant
14 nuntiando. ¶ †Iterum queri poteſt quid de chiromantia, que eſt diuinatio quedam que fit per lineamenta manus, an liceat fieri ſine peccato vel ſine pena: dic quod eodem modo aut quis narrat preterita que euenerunt illi cuius manus intuetur, ꝛ nō eſt peccatum, nec prohibitum, aut quis predicit futura: et iſto caſu ſit eadem diſtinctio de qua ſupra, aut quis vult predicere neceſſitatiue ꝛ certo modo, aut inclinatiue. primo caſu diuinatio ipſa ſapit hereſim per ea que ſupra proxime diximus, ſecundo vero caſu non ſapit hereſim, nec meretur penam qui illa predicit: q̄ vaticiniū iſti⁹ chiromantie fit, vt plurimū per regulas aſtrologie, vt not. iſti ſummiſte, maxime Joā. lect. in ſumma confeſſ. eodem titu. q. ij. et. iij. ꝛ v. ꝛ ſanctus Tho. d. diſtinc. xcv. articu. v. ¶ Aut nos loquimur de ſecunda ſpecie que dicitur amatoria ꝛ hec ſortilegia fieri poſſunt p vtrunq̄ profeſſum, ſc̄z tacite et expreſſe profeſſionis ſicut alia diui
natiua, †ſed aduerte quod hec ſortilegia et ea que ſequūtur tertie ſpeciei fieri poſſunt dupliciter ſcilicet ꝛ in corpore, ꝛ extra corpus perſone maleficiande, vt. l. eorum. in princip. et. l. multi. C. eodem titu. et. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pen. et. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad legem corne. de ſicar. ꝛ habetur in. d. c. nec mirum. §. nullum ſuffragium. in ver. ſed hoc quoſdam fallit ꝛc. in corpore eīm fieri dicuntur per cibum vel potū regulariter, vt. d. §. qui abortionis. et. §. hec adiectio. extra corpus autem hoc eſt extra inteſtina ſiunt per aliquas mixturas compoſitas ex herbarum foliis vel radicibus metallis, reptilibus terre auiuz plumis, vel membris, ſeu inteſtinis earūdem auium animalium, vel piſcium, aliarūq̄ ſimilium rerum naturaliū: illaq̄ q̄ſq̄ cōſuūt in chlamyde perſone maleficiande ad amorem, vel ſub capite lecti ſuper quo perſona ipſa dormit abſcondunt aut ſub limine oſtij camere, aut alterius ſuper quo ipſe maleficiandus vir aut mulier tranſitura ſit. Quidam ſolent apponere imaginem cere, iuxta ignem ardentem completis ſacrificijs, de quibus ſupra, ꝛ adhibere quaſdam preces nepharias et turpia verba, vt quemadmodum imago illa igne conſumitur ꝛ liqueſcit eodem modo cor mulieris amoris calore talis viri ferven
16 ter ardeat ꝛc. †In iſtis etiam ſortilegijs ad amorem, vt plurimuz admiſcentur ſacramenta eccleſiarum, ſicut eſt hoſtia conſecrata, vt nota. glo. in. c. accuſatus. §. ſane. de hereti. libro. vj. vel nondum ſacrata, ſed circunſcripta notis ꝛ literis ſanguineis ſuper qua dici curant: quandoq̄ vnam, duas, tres, quinq̄, pluresue miſſas: quibus celebratis tradunt hoſtiam ipſam non integram, prout eſt, ſed in puluerem redactam valde ſubtiliter perſone maleficiande quam aſſumere faciunt in cibo, ſicut in meneſtra vel in potu, eodem modo faciunt cum calamita immixta alijs ſpeciebus et tradita, vt ſupra in cibo, vel potu perſone maleficiande ex quo dicunt illam eſſe nature attractiue, et quod poterit cor ꝛ voluntatem abſorbentis attrahere ad amorem perſone tradentis, ſed omnes ſunt nuge, et demonis fallacie que ratio vel nunq̄ ſortiuntur effectum ſtante liberi arbitrij poteſtate. mirum quid eſſet quod mulier caſta et honeſta violenter traheretur ad peccandum et ad amandum illum quem natura ipſa ſue conditionis non patitur: quia nemo, vt ſupra proxime dixi inuitus compellitur ad peccandum, niſi qui curioſe et ſponte accedit ad peccatum, dicto. c. nec mirum. §. auguria. verſi. his ergo portentis non negatur: tamen quod demō aſtutia et ſollicitudine ſua non poſſit tam grauiter et ſollicite mulierem ipſam tentare et illi perſuadere, adeo quod incidat in peccatum et incipiat amare virum illum quem prius nunquam nouem
17 rat. †Et ideo dixerunt quidam magni theologi, quod ſi aliquis maleficiatus aut maleficiata reperitur qui deuenerit ad effectus quos tendunt maleficia predicta id profecto non prouenit virtute et potētia maleficij vel ſortilegij, rationibus predictis, propter liberū arbitrij poteſtatem, ſed deuenit virtute diabolice tentationis, qui demon, vt credentium animas facilius decipiat, ita quod firmiter credant quod illa ſortilegia faciunt miracula et vera ſint eorum opera, ipſemet adeo vehementer et ſollicite infeſtat mulierem ipſam tentationibus et perſuaſionibus die nocteq̄: adeo quod nunquam ſinit ipſum vel ipſam aliquo momento quieſcere, nec in ſomnijs, nec in vigilia, adeo quod multoties accedente, maxime opera: et miniſterio extrinſeco ſortilegi, qui extrinſecus cooperatur, et literis amatorijs et precibus pollicitationibuſq̄ verbalibus: adeo quod fragilis ſexus ſepe illaqueatur, et cadit in peccatum et hoc non prouenit virtute: et potentia ſortilegij, ſed demonis tentationibus et opera hominis extrinſecus cooperantis, vt dixi, qui infectantur mulierem ipſam tanquā venatores feram, aut aucupatores auem et neceſſe eſt quod poſt aliquod bellum reddat ſe victaz in manibus hoſtis et cedat propter ſuam debilem naturam, et imbecilles vires quas habet ad reſiſtēdum diabolo, immo perquam facilis eſt credula, ꝛ que noua ſunt tam bona quā mala libenter appetit, vt not. Gene. iij. et. c. fo. 2us. de verbo. ſigni. nec dici poteſt hoc violenter fieri, ſed ſponte quia mulier ipſa ſponte incipit incaleſcere in amorem illius viri et voluntarie illum deſiderat: et hoc euenit ex natura ſua, ꝛ voluntate non violentia ſortilegiorum. et hec eſt facilior via ad flectendum pudicos animos ad libidinem quam alia: et maxime ſi quando hec tētatio fit, mittūtur nuntij, Epiſtole amatorie, ꝛ ſimilia ad mulierem. his vel ſimilibus modis videntur facilius flecti quam vi ipſius maleficij. ¶ Et nota vnum valde ſingulare quod Sathanas videns ſe minus potentem in hac ſpecie ſortilegiorum amatoria, in qua non poteſt hominem inuitum trahere ad amandum, ſicut in tertia ſpecie, in qua etiam viro vel muliere inuita in eius corpore egritudines intromittit, vt infra latius dicemus in ſpecie illa, et habetur in dicto. c. nec mirum. circa finem. in verſicu. ſed hoc quoſdam fal-
18 lit ꝛc. †Effectus enim iſtius ſortilegij requirit puram et liberam voluntatem: quia nemo amat inuitus et licet iſti⁹ vulgares fateri ſoleant ſe inuitos amare, et propter poculum aſſumptum compelli ad amandum, hoc eſt falſiſſimum ſi volumus intelligere de neceſſitate preciſa, vt compellatur homo ratione et voluntate: quia hoc non permittit deus ne tollatur liberi arbitrij poteſtas quam habet homo ſi tu dicerescompellitur homo perſuaſionibus demonis: tunc dico quod non compellitur in ratione, ſed in concupiſcentia carnis: quia fragilis eſt et niſi fortiter et deliberate reſiſtat vel fugiat incidit in laqueum vt latius infra dicam in hac. q. et hactenus nunq̄ vidi: nec legi poteſt maleficiorum ordinationibus ſine potius machinationibus ab iſtis maleficis ſacra miſceri,
19 niſi in his que fiunt ad amorem et in hac ſpecie. ¶ †Hoc bis aut ter habui in facto ſortilegos, qui huic ſortilegio ſiue maleficio incumbentes hoſtiam commiſcuerant, vnum videlicet clericum religioſum qui hoſtiam ipſam ſacratiſſimam accipiebat cuius partē ipſe ſceleratiſſimus qui cupiebat amari aſſumpſerat dicendo quedam verba ſatis turpia atq̄ nephanda, que hic referre non expedit, reliquam vero partem hoſtie miſerat ad ipſam mulierem non in forma hoſtie, ſed minutatim cōtritā, aut in puluerem redactam

Source : BIU Cujas

sumendã in cibo aut potu. ¶ Iterũ habui aliũ qui hostiam ipsam nondũ sacratam acceperat: & super illa circũ circa cũ sanguine anularis digiti nonnulla verba satis turpia descripserat, deinde ipsaz hostiam super altari imposuerat hoc est super nudo lapide sacrato sub linteamine tñ altaris abscõditam et a quodã sacerdote rotũde conscientie super illa quincz missas celebrari fecerat certis orationibus ad eius propositũ superadditis, deinde hostiã ipsam sumpserat, que tamen non erat expresse consecrata cuius partem pro se assumpserat alterã vero partem persone maleficiãde tradiderat redactã in puluerẽ, vt proxime dixi asserẽtes vtercz ipsorum q hostiam ipsam assumpserat indissolubili amoris vinculo adinuicem colligari nihilominus nullũ effectum apparentem vidi nec perce-
20 pi. ¶† Nec sunt adhuc anni duo elapsi, quod alium similem casuz audiui Rome accidisse de quadam impudica muliere in cuius cofanis reperte fuere due hostie super quibus ambabus erant descripta verba quedam sanguinea &c. quas ipsa tenebat vt asseruit ad effectũ tradendi cuidã alteri mulieri ad instantiã viri qui eiusdem mulieris amorẽ concupiscebat. ¶ Alias quocz nonduz est annus elapsus qõ due ipudice mulieres Rome quas vidi & audiui ab excellentissimo viro Reuerẽdo dño Locũtenente Reuerẽ. D. Vicarij pape: qui illas captiuatas habuerat & examinauerat que acceperant oleum baptismatis quo inunxerant sibi labia dicentes hec verba: fides abrenuntio tibi, & cum labijs illis sic inunctis deoscu-
late fuerant viros quosdã causa captãdi amorem ab ipsis, vt ipse asserebant nihilominus demũ omne experimentũ fallax & suorum excessuum condignas vidi luere penas. ¶ Aliud exemplũ: a triẽnio & citra in eadem vrbe contigerat qõ quedã turpissima mulier acceperat particulaz cutis illius qua infans indutus egreditur de vtero matris ꝙprimum venit in lucem illamcz similiter super nudo lapide sacrato latuerat & super illa plures missas numero quincz celebrari fecerat, cutimcz predictã postmodum assumpserat & baptizauerat sub nomine persone maleficiãde cum aqua baptismatis & cerimonijs consuetis, deinde eandem in puluerez redegit ad effectum tradendi persone maleficiãde: tamen interim capta fuit: nec perficere potuit sortilegium, sed congruas sceleris sui luit pe-
21 nas. ¶† Redeundo igitur ad propositum dico quod isti sortilegi sepius requirunt remedia sacramentorum ecclesiasticorum in istis sortilegijs amatorijs videntes forsan qõ diaboli auxiliũ nõ est sibi satis putantes ꝑm demonis persuasiones, quod sacramenta huiusmodi summopere commoueãt animos hominum ad amandũ terrena & illorũ concupiscentias naturales, sed in hoc iudicio meo summopere decipiuntur putantes tãtum immensum eucharistie sacramentum mundanis lasciujs & peccatis prestare suffragium: quia in sacrificijs nullum aliud est maius per quod omnia tolluntur peccata & anima christiani per ipsum vnitur deo. de conse. dist. ij. cum omne crimen. & c. nihil in sacrificijs. & in clemẽ. j. de reliq. & ne sanct. & ibi not. d. Lardi. & similiter cetera sacramẽta, que ad exclusionem spiritus maligni & purificandum animam a peccatis, et ad confirmandum vnionẽ fidei christiane adinuenta fuerunt, put est oleum sanctum baptismatis chrismatis & extreme vnctionis. j. q. j. detrahe. & c. firmissime. de hereti. & de cõsecra. dist. iiij. in princi. & eadem distin. c. presbyteri. c. nullus ministrorum. & tetigi. ſ. ti. j. in ij. q. in prin. fatuum esset dicere quod istos contrarios effectus
22 operarentur. †Sed ego credo qõ Sathanas sub hac specie vehementer decipit istos sortilegos persuadendo illis quod istorum sacramentorum abusus parit mirabiles effectus quo ad amorez, sed hoc ipse facit in vilipendiuz christiane fidei, & vt grauius offendat diuinam maiestatem, quinimo quãdocz reperiuntur. quidam sacerdotes qui sunt adeo proteruez reprobe conscientie: qui audent in ipso sacrificio misse scienter dicere nonnullas pravas orationes & nepharias preces, et maleficiãdam personem nominare, & apprehensis sortilegijs super altari manibus propijs illa immolari deo non verentur exorantes quod suscipiantur exaudiande preces, vt illum ad quẽ destinata sunt sortiantur effectum ex quibus apparet qõ Sathanas adeo subtiliter operatur quod ab hominib⁹ & sacerdotibus dei ministris apud altare sacratum cultũ adoratio nis extorquet in maximũ dedecus ecclesie & diuine maiestatis offensam illos decipit, prout vidimus supra proxime de thesauro. ¶ Quidã alij capiunt cutim virgineam aut infantis de quo supra diximus, aut alterius quadrupedis nondũ nati hoc est qñ nascit abortiuum quã redigunt in membranam quam appellant chartã virginem & tenent quandocz in forma quadrata, quandocz vero in forma rotũda, sicut hostia vel parũ minus & super illis describunt aut scribere faciunt verba incantatiua & coniuratiua spirituũ quibus immiscent certos characteres & signa quedã extranea quibus
23 demonũ inuocatio contineꝯ, vt latius. j. dicet. q. viij. †q demones magicis artibus aduocati, mediãtibus istis sortilegijs characteribus & signis coacti aduenient certis temporibus obseruatis & determinatis carminibus, ritibus & imaginibus consecratis vel potius execratis, vt dicit sanctus Tho. in trac. qq. prime partis. q. x. ver. nonum. in titu. de miracu. vbi etiam dicit quod per ista vel similia nomina demones vocati coguntur venire si magus illos aduocat, & licet insint, et appareant aliqua nomina dei nihilominus illorum finis, & vltimus effectus semper tendit ad istud, sed ideo illa dei nomina apponunt, vt facilius legentes decipiãtur, & credãt per illorum nominũ expressionem rem ipsam sanctam atcz deuotam esse. Et ex istis quã plurimas vidi & abstuli de manibus maleficorũ, & inter alia sepius vidi ista verba inserta, agios, otheos, agios ischyros, agios athanatos, hoc est deus acharõ, deus immortalis, & clarum est qõ hoc nomẽ acharon, est nomen Sathane, siue Beelzebub, vt not. iiij. Regum. dum Elias diuino numine inspiratus reprehendit Ochoziam regem qui derelicto diuino cultu deos extraneos adorabat dicens. Nunqd nõ est vobis deus vester de⁹ Israel: vt etatis ad cõsulendum Beelzebub deuz Acharon. de lecto quẽ ascendisti non resurges &c. Quidam alij admiscent in ipsis sortilegijs amatorijs partẽ aliquã chlamydis aut camisie filum si habere possunt persone maleficiande, & cum illis & alijs mixturis componunt facturas suas, quidã vero capiũt auiũ aut bruto rũ intestina vel membra seu aliã corporis vel mẽbri particulã, prout quidaz cepere iecur vulpis, oculos lupi, aut illius caput, cor cerui, noctue intestina, aut bubonis, linguam milui aut philomene & similium.
24 ¶† Nec putes qõ sola istarũ rerũ mixtura sufficiat ad causandum predictos amoris effectus nisi adessent verba diabolica exorcizantia, & sortilegi mẽs & intẽtio predicta oia Sathane vouentis & veluti sacrificia immolãtis ad hmõi turpes effectus. quẽadmodũ essi per verũ sacerdotem immolatur hostia que deo creatori cũ deuotione offertur. ita per istos maleficos & sortilegos verum diuinum cultũ imitantes violantescz hec eorum reproba sacrificia immolãtur quib⁹ oblatis & emissis precibus statim efficiunt a demone cõsecrata, seu potius execrata. p not. in. d. c. nec mirũ. ſ. sed hoc quosdam &c. & sanctus Aug. in lib. x. & xxj. de ciui. dei idez testatur, vide S. Tho. in trac. qq. dispu. q. x. ver. nonũ prime partis. in tit. de mira. & in ver. respondeo in fine. alioquin sequeret qõ quilibet alius christianus extra illorũ professionẽ si haberet notitiã illorũ verborum posset eadem cõficere sortilegia & eosdem effectus cõcipere qõ non est dicendũ per ea que supra dicta sunt, & per ea que habentur
25 in. d. c. nec mirũ. ſ. necromãtici. ver. ad hec omnia. ¶† Tertia succedit species sortilegiorũ que malefica dicitur, & merito, naz ex illa nullum bonũ, sed oia mala pueniunt, diuerse egritudines ex ipsis sortilegijs in humanis aut brutorũ corporibus exoriuntur, & mors qñcz succedit citius vel tardius ꝑm venenorum atrocitatem, aut leuitatem, & ista similiter dupliciter fiunt, aut in corpore, aut extra corpus sicut amatoria, excepto qõ fiunt diuerse compositiones. ſ. ex diuersis speciebus & mixturis: qz in specie illa ꝓcedenti, vt plurimum interueniũt res dulces callide & amene humane nature placabiles coadiuuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi et ideo lex appellat illa bona vel nõ mala venena: qz non sunt facta hoĩs necandi causa, vt. l. iij. ſ. hec adiectio. ff. ad legẽ cornel. de sica. In hac vero vltima specie que dicitur malefica, & ꝓpter odium vel indignationem, vt plurimũ fit ad vindictã & vltionem alicuius iniurie, fiunt diuersa, immo cõtraria sortilegia & maleficia in quibus mala venena. ſ. ea que facta sunt hoĩs necandi causa vt plurimum cõmiscent qñcz plus, qñcz minus ꝑm qõ isti malefici grauiorẽ vel leuiorem querũt inferre iacturã, & ista pocula venefica sunt cõiter frigida, amara & noxia, & nature humane hominũcz saluti cõtraria
26 vt dicit tex. in. l. & si excepta. & c. l. fi. in prin. C. eo. ti. de malef. †& ideo lex appellat ista mala venena, & nõ solum punit ille qui ipsa potanda tradit, verũetiã qui illa cõficit seu cõponit, tenet & vẽdit. d. l. iij. ſ. hec adiectio. ex his em̃ varie ac diuerse proueniunt in humanis aut brutorũ in corporibus infirmitates & egritudines insanabiles exoriunt. ſ. febris, tussis, ptisis, frenesis, dementia, dilucida interualla, intestinorum corrosio, cordis dolor intensus, vel capitis, vẽtris mugitus, morbus sonticus, mẽbri debilitatio, nerui alicuius attractio, vel alia similis calamitas ex qua corpus paulatim cõsumitur & absqz remedio medicorũ tendit ad necẽ. Qñcz vero introducit virilis membri languedo & debilitas renũ in viro, in muliere vero vulue arctatio, aut matricis frigiditas et indignatio talis ex quavir reddit omnino impotẽs ad generãdũ, mulier vero incapax & vndicz reproba ad recipiendũ sperma in coitu ad cõcipiendum, ita qõ reddit inutilis ꝑ matrimonio, & fit qñcz separatio nõ dico thori, sed ipsius matrimonij, & dat facultas iterũ nubendi illi qui petijt dissolutionẽ & ego vidi semel in facto casuz hmõi vbi mulier cõquerebat de viri impotentia q̃ ex maleficio hmõi puenerat, q̃ durauerat per trienniũ, put iura requirunt: adhibita postea septima manu ꝓpinquorum fuit facta dissolutio matrimonij ꝑm qõ habetur in. c. j. & c. litere. de frig. & malefi. & not. doc. in. c. fraternitatis. eo. ti. quas cõpositiones & mixturas isti malefici ex plurib⁹ speciebus venenorum componunt quedaz ex herbarũ foljs festucis aut radicibus, piscibus, animalibus, aut reptilibus venenosis, lapidibus, atcz metallis. vide. S. Tho. in tracta. qq. q. x. prime partis in titu. de miracu. versicu. sextum. quorum tamen quedam in liquoribus, quedã vero in puluerib⁹ resoluta tenent: & cũ ipsis sortilegis

27 tilegia ſua fabricare ſtudent. †Quidam vero ſunt qui ſola verbo
potentia hoiem aut brutum interimũt aut egrotare permittũt ⁊
alia quedã miranda faciũt, vt habeť in. c. igitur genus. xxvj. q. iiij.
⁊ dixim⁹ ſupra hac. q. in prin. ⁊ tetigi infra eo. q. ſeq. que oia demo
nis inſtructione ⁊ doctrina nouerũt ⁊ hec ſunt inveritate q̃ reddũt
humana corpora languentia vel morbũda ſepe licet in ipſorũ ma
leficiorum, ſiue facturarũ reſolutionibus ſpecies ⁊ materie quedã
multũ extranee appareãt, put alias vidi pluries qõ p̃dicti malefi
ciati poſt cp̃ habuerũt remediũ liberationis ſepius ex pectore p̃j
ciunt aut ex ore enomũt vel inferius p̃ ſeceſſum emittunt acus, ca
pillos, ferramenta, clauos, plumas, ſulphur, lapides ⁊ res demum
tales quas impoſſibile erat dictũ maleficiatum potuiſſe comedere
non ſolũ integras, ſed nec fractas vel minutatim in fruſta cõciſas,
vnde videť quid mirandum, ſed dic vt quidã dixerũt quod Satha
nas ad maiorẽ hoim deceptionez facit apparere dictas extraneas
ſpecies in reſolutione facture vt res magis miranda videatur quã
doquidem inſpiciunť, ⁊ conſiderantur ea eſſe talis nature, forme ⁊
qualitatis, quod impoſſibile erat illa potuiſſe ingredi in corpore
maleficiati per aliquam partem naturaliter, ſed in rei veritate non
ſunt vere ſpecies naturales: ⁊ qõ ſit verũ apparet: qr illa emittunť
per vomitũ vel ſtercus, ⁊ ſic inter illas materias liquidas apparẽt
a principio cum primum exeunt de corpore, ſed ſi ſeruares mate
rias illas biduo triduo, aut qnq̃ dierum ſpacio, put alias ego ſtu
dioſe ſeruari feci videres oia ea liquefacta penit⁹ ⁊ ipſarũ formas
perh̃ſſe totas quod ſi naturalia eſſent p̃fecto in ſua priori ſiue pri
meua forma remanerent nec poſſent per aliquos liquores aut hu
miditates corrũpi, maxime ferrum ⁊ lapides propter eius natura
28 lem duritiem, vt manifeſtum eſt omnibus. †Quidã alij dixerunt
quod demones vt res miranda videatur: tunc temporis qñ malefi
ciatus prouocat ad vomitum vel ad opus vẽtris velociſſime ⁊ in
viſibiliter afferunt ibi ſpecies illas, ſiue materias de quibus ſupra
veras ⁊ naturales quas aliunde acceperant et attulerant ibi. Sed
nota qõ licet demon ſui potentia naturali hoc facere poſſet ⁊ tam
dextro modo illas inſerere i vomitu vel ſtercore maleficiati quod
nullus hominum aduerteret: tamen prior opi. mihi magis placet
qõ ſint apparentes ſpecies ſub illis formis nõ naturales: quod ſit
verum apparet ratione predicta: qr communiter non durant ſub
illa forma, ſed breui tempore reſoluuntur in illis liquoribus cum
quibus mixta aduenerant, prout ego pluries vidi, ⁊ manibus p̃
priis tetigi, que a principio vt dixi apparebant vere ⁊ naturales ⁊
retinebant in ſe neſcio quid duri: tamen breui tempore vt predixi
reſoluuntur ⁊ pereunt. Quandoq̃ vero iſte mulieres malefice ſiue
malefici media nocte ingrediuntur thalamum perſone malefician
de (in quibus quomodo ⁊ qualiter ingredi poſſunt, maxime quã
do oſtia et feneſtre ſunt omnia clauſa ⁊ fortiſſimis ſeris ⁊ clauibus
29 concluſa, dicetur. j. eo. q. viij.) †⁊ maleficiandum ipſum ſiue maſcu
lus ſit, ſiue femina dormientẽ ſuis liquorib⁹, aquis, oleis, aut pin
guedine, ſiue alijs ſimilibus vnctionibus plura et diuerſa venena
continentibus inũgunt qñq̃ femora, qñq̃ autem ventrem, aut ca
put, guttur, pectus vel coſtas, ſeu aliam partem corporis perſone
maleficiande, que ſic dormiens nihil ſentit, ⁊ eſt tanta vis ⁊ poten
tia illius vnctionis qõ paulatim durante calore ipſius dormiẽtis
ingreditur intus carnes ⁊ vadit ad penetralia cordis viſcerum ma
leficiati, vnde paulopoſt cauſanť ingentes dolores in corpore ma
leficiati cum primum. ſ. maleficium vel factura, vt dicunt, tãgit in
teſtina maleficiati, illinc ſuccedunt maximi vlulatus ⁊ lamentatio
nes quã crebre, ⁊ hoc vno modo fortilegia venefica fiũt in corpore:
qr maleficium ſiue factura tangit inteſtina. Alio modo fiunt ſimi
liter in corpore per cibum aut potum: qr illa eorum venena et ma
leficas mixturas in puluerem, vt plurimũ redactas in vino vel fer
culis intromiſcent, ⁊ iſto modo tradũt mala fercula ⁊ peſtiferos po
tus ignaris, ⁊ his qui bona fide cũ eis cõmedunt vel bibunt. ⁊ ideo
conſulo omnibus, vt quã maxime precaueãt ne comedãt vel bibãt
cũ eis qui dicunť malefici aut cũ mulieribus maleficis, ſed fugiant
eorũ vel earũ cõuerſationẽ, ⁊ merito conſtituit imperator qõ iſtor
cõuerſationẽ ⁊ amicitiã q̃uis verus ſit vnuſqſq̃ oino fugiat. l. nul
lus. C. de mal. ⁊ math. qr ſunt inimici humani generis ⁊ hoſtes cõis
ſalutis, vt dicit tex. in. l. ⁊ ſi excepta. in prin. ⁊. l. ſi. C. eo. ti. ſemperq̃
ſtudẽt inferre aliqua mala in humanis corporibus vel in bonis et
hoc faciũt demone inſtigãte vt ſemp operenť malũ cõtra aliquẽ ex
chriſtifidelib⁹, ⁊ neceſſe eſt qõ hoc faciãt imperãte Sathana poſt cp̃
illius imperio ſe ſubiecerunt ⁊ promiſerũt obedientiã, vt latius di
30 ximus. ſ. ea. q. in prin. in ſecunda ſpecie. ¶ †Alio modo fiunt hec
maleficia. ſ. extra corpus quod eſt qñ iſti malefici abſcondunt in ca
pite lecti vel in alia parte ſuper qua maleficiandus iacere debet
ipſa venefica fortilegia aut ſub limine oſtij camere abſcondunt ea
dem dũmodo perſona maleficiãda ſuper illis trãſitura ſit ⁊ illa pe
dibus calcare contingat: qr ſtatim facta calcatione qñ ſunt in limi
ne vel facta iacẽtia corporis qñ fiunt in lecto factura ipſa fortitur ef
fectum ⁊ recipiunt qñq̃ certa venena adeo atrocia ⁊ furibunda q
bus pedibus calcatis ſtatim perit qui illa calcauerit, quedam alia
ſunt que non ſtatim occidunt, ſed ſpacio duorũ triũ vel octo aut. x.
dierũ plus vel minus ſm quod voluerint ipſi malefici: qr ſciunt illa
temperare, put ex pluribus cõfeſſionibus reorũ iſtius criminis ac
cepi qui ſimiliter faſſi ſunt ex quibus reb⁹ cõficiũtur ⁊ qualiter fiat
illorũ temperatio ⁊ quẽ effectum operãtur ſingula que hic referre
non licet ſufficiat tibi ſcire qõ hec fieri poſſunt arte ⁊ induſtria de
monis ex rebus naturalibus miniſterio ⁊ opera fortilegi interue
niente, vt fateť ſanctus Augu. in lib. x. de ciui. dei. ⁊ habeť. xxvj. q.
v. c. nec mirũ. circa fi. ⁊. l. multi. ⁊. l. eorũ. in prin. cũ pluribus alĩs. ll.
31 C. eo. ti. ¶ †Et notavnũ qõ in oĩbus fortilegĩs cuiuſcũq̃ ſint ſpe
ciei ſemper interueniũt verba, quedã malefica opus illud qõcũq̃
ſit demoni conſecrantia ⁊ eius auxilium ad id faciendũ ſiue potius
machinandum inuocantia. ¶ Concludo igitur in hac materia qõ
in quolibet fortilegio tria concurrere debent perſona malefica. ſ.
profeſſa. verba conſecratiua et materia conſecrata. ⁊ ad illum effe
ctum compoſita, excepto maleficio incãtationis qõverbis tm̃ per
ficitur, vt habetur. xxvj. q. iiij. igitur genus. ⁊. q. v. nec mirum. ⁊ ſu
pra diximus hac ea. q. in prin.

Summarium.

1 Fortilegia in quibus locis ⁊ quo tempore fieri ſoleant.
2 Lux veritatis Chriſtus vniverſum mundum illuminans.
3 Fortilegia quare potius de nocte q̃ de die fiant.

1 Quarto quero quibus lo-
cis ⁊ tẽporib⁹ hec fortilegia fabricantur ⁊ vbi ipſi
fortilegi ⁊ alijs ſimiles conuenire ſolent. Reſpon
deo quod vt plurimum in locis foreſtibus, occul
tis, ſubterraneis, et ab hominum converſatione
remotis, ⁊ peregrinis, ruinoſis atq̃ deſertis, et ſemper de nocte
fiunt, vt nota. in. c. epiſcopi. xxvj. queſtione. v. ratio poteſt eſſe du
plex. prima quia demon poſt caſum ex paradiſo effectus fuit ob
ſcurus, et tenebroſus, vt concludunt communiter Theologi ⁊ ma
xime Sanctus Thomas in tracta. qq. queſtione. xvj. arti. j. ⁊. vj. in
titu. de demon. conſequens eſt quod omnia opera que ipſe facit
fiant in obſcuro et tenebroſo loco et tempore, eo maxime etiam qr
opera ipſa ſunt peccata que communiter dicuntur nigra et oppo
ſita luci veritatis virtutis et iuſtitie merito conficienda ſunt tem
pore nigro ⁊ obſcuro, iuxta illud commune dictum: qui male agit
odit lucem. xvij. qõ. ij. pernicioſam. et de penitentia diſtinctione. j.
2 item ſi ante. †Lux enim veritatis eſt illa que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum, que eſt Chriſtus, vt ha
betur Joan. j. iij. v. et. viij. c. et. l. inter claras. in princip. C. de ſum
ma trinitate. et eſt lux interna que clarificat animam et intellectũ
hominis. de conſecratione diſtinctione. iiij. in princip. Sathanas
enim virtutibus bonis operibus et veritati quantum poteſt ad
verſatur ex quo ipſe mendax eſt et tenebroſus, vt ſupra diximus,
nimirum ſi loca ſordida obſcura et tenebroſa ſibi elegit ad ſimili
tudinem ſui, vt not. Joannis. iij. c. et. lxxxj. diſtinctione. valent in
3 terdum. ¶ †Secunda redditur ratio quare potius de nocte quã
de die hec opera fiunt: quia ſi de die fierent poſſent videri ab ali
quo et facilius diſcooperirentur eorum maleficia et deveniret
ad notitiam curie et iuſtitie, facilius caperentur punirenturq̃. ne
igitur tam facile detegantur et impediantur eorum opera fieri et
ſacrificia celebrari faciũt de nocte in locis predictis vt a nemine ha
beãt impedimẽtum per ea que. ſ. dicta ſunt. ⁊ no. in. d. c. epiſcopi.
xxvj. q. v. ⁊. c. nec mirum. ea. q.

Summarium.

1 Fortilegi quibus rebus aut inſtrumentis in ſuorum fabrica
tione facinorum vtantur.
2 Fortilegia facta per homines tacite profeſſionis per que fiant in
ſtrumenta.
Inſtrumenta fortilegij amatorij que ſint.
3 Fortilegia extra corpus quibus fiant inſtrumentis.
4 Honor abſq̃ dei gratia diabolo tentanti reſiſtere non poteſt.
Diabolus plus timet ſignum crucis quã cetera omnia que in mũ
do ſunt.
Diabolus ante Chriſti aduentuz duas manus habere dicebatur.
5 Chriſtus per paſſionem ſuam e diaboli manibus in ſe credentes
eripuit.
Mulier ex ſe pudica quandoq̃ ad libidinem diaboli opera pro
vocatur.
6 Sexus mulebris res admodum fragilis, facile decipi poteſt.
Inſtrumenta tertie ſpeciei fortilegiorum que venefica dicitur,
que ſint.

Source : BIU Cujas

7 Venena mala proprie que dicantur ⁊ que bona.
8 Sortilegia quedam fiunt ex particula cadaueris hominis.
9 Imagines de cera fiunt quandoq; a sortilegis ad maleficiandos homines.
10 Imagines quare in sortilegijs fieri soleant, cum nihil operentur.
11 Diabolus sub diuersis instrumentis ⁊ figuris docet sortilegos diuersa committere flagitia.

I Quinto quero quibus rebus, †mixturis ⁊ instrumentis vtuntur isti sortilegi ad hec sua sortilegia fabricanduz. Respondeo qđ varijs atq; diuersis, quorum pars maior declarata fuit supra eo.q.iij. nihilominus ad maiorem expressionem: qr materia ista non est minus confusa q̄ diffusa, dicã aliqua vltra ea que ibi dixi ideo dic qđ. ¶ Aut loquimur de prima specie que est diuinatiua in qua quãdoq; versantur sortilegi q sunt professionis expresse, aliquando vero hi qui tacite sunt professionis. ¶ Primo casu dic qđ quotiescunq; sunt in celebratione sacrificiorum omnibus fere ⁊ eisdem instrumentis vtuntur ad sacrificãdum, quibus vtuntur nostri sacerdotes christiane religionis, ⁊ cuz illa reuerentia cultum demonis sub idolorum forma celebrare solent, ⁊ offerre preces qua ⁊ quibus veri sacerdotes christiane religionis verum diuinum cultum venerantur, vt no. Joã. lec. in sum. conf. in ti. de sortileg. c. j. ⁊. ij. ⁊ no. in. c. nec mirum. xxvj. q. v. ⁊ in. c. contra idolorum. xxvj. q. iiij. ⁊ no. glo. in. c. accusatus. §. sane. de hereti. lib. vj. ⁊ ibi. d. Archi. Seminia. ⁊ alij vbi expressa fit mentio de istis sacrificijs, in locis em̃ que supra prime diximus que ipsi retinent loco templorũ solẽt sepius cõstruere aras, ⁊ super eisdem ponere idola, ⁊ alias diuersas imagines, quibus in ipsis sacrificijs et precibus offerre solent thura ⁊ alios diuersos profumos, deferunt etiam tunicas quasdam loco camisi, cotte, tunicele, planete, vel pinialis, ⁊ cum illis celebrant sacrificia habẽtq; inter ipsos quosdaz qui melius ceteris sunt disposити ad illas cerimonias exercendum, quos illis preponũt ⁊ appellant sacerdotes, sicut apud veteres dicebantur sacerdotes cybelis, sacerdotes apollinis, ⁊ similes, ⁊ nũc idem obseruant iudei inter se. isti em̃ sunt qui sacrificia ipsa manibus proprijs celebrant ⁊ ministrãt, ⁊ maximo reuerentie cultu diabolum venerantur, ac sivere esset illorum deus, ⁊ hoc est in quo diabolus summopere delectatur, vt adoretur. d. c. nec mirum. et p. S. Tho. in sum. q. xcv. arti. iij. in ti. de superstit. ⁊ habeť ℳatth. iiij. c. quibus completis sacrificijs ipsi sortilegi suas proponunt interrogationes de his que noscere cupiunt, ⁊ ab ipsis idolis voce diabolica responsa suscipiunt de futuris, ac de presentibus occultis ſm quod ipsi magis scire cupiunt, licet futurorũ responsa sint vtplurimum dubia, ⁊ ad plures sensus accommodãda, qm̃ futurorũ ipse demon est ignarus quatenus vellet illa predicere ex certa scientia, prout sunt in suo esse, de quo latius dicam infra questione sequẽ.

2 ¶ †Scõo vero casu qñ ipsa sortilegia fiunt per homines qui sunt tacite professionis: ⁊ tunc diuersa interueniunt instrumenta qñq; illa faciunt in aqua per hydromantiam, qñq; in igne per pyromãtiam, qñq; in terra per geomantiam, qñq; vero vtuntur aere, quãdo faciunt per aerimantiam, vt late ponit ⁊ declarat ista do. ℳos. in sum. de sortile. §. ij. qñq; faciunt illa ex inspectione intestinorum auium, animalium, aut per eorundem voces garritum occursum ⁊ similia, vt late diximus. s̃. eo. q. ij. ⁊ habetur in. c. igitur gen⁹. xxvj. q. iiij. ⁊. q. v. nec mirum. ⁊ Jo. lec. in sum. conf. in tit. de sortile. qõ. ij. ver. diuinatio, alij respiciunt in astrolabio, vel in clauicula Salomonis, vt in. c. ij. extra eo. tit. ¶ Si vero loquimur de secunda specie sortilegiorũ amatoria distingue, aut ipsa sortilegia fiunt in corpore, aut fiunt extra corpus. hec em̃ distinctio non conuenit priori speciei in corpore em̃ cõmuniter fieri solent per cibum vel potum, vt. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad legẽ corne. de sica. ⁊. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de penis. ⁊. l. eorũ. in prin. ⁊. l. multi. C. de male. ⁊ mathe. in quibus poculis ⁊ mixturis cõmestibilibus cõmiscentur multa que late diximus. s̃. eo. qõ. iij. quas non expedit iterum repetere. vide ibi.

3 ¶ †Si vero fiunt extra corpus: ⁊ tunc interueniũt quedam ligature, quas ipsi magistri cõsuunt in clamide maleficiãdi, aut in alia parte latenter abscondũt sicut in lecto inter plumas vel matararia, aut sub limine ostij, vel alio loco super quo persona maleficianda transitura, aut iacitura sit, ⁊ vltra ea que diximus ibi in. iij. qõ. adde qõ ipsi sortilegi admiscent sepius in istis amatorijs aquam benedictam. s. fontis baptismatis, aut communis amphore existẽtis in ecclesia, aut oleum sanctum baptismatis chrismatis aut extreme vnctionis, ramos oliuarum benedictarũ, frondes palmarum, candelas benedictas, sacros agnusdeos, thura benedicta cerei paschalis, ⁊ his similia. ¶ Quandoq; aũt capiunt aliqua ex reliquijs sanctorum martyrum si habere possunt. s. particulas ossium capillorũ vel vestiuz. alij autem capiunt frustula quedam indumentorum sacerdotalium aliorũq; panniculorum benedictorũ quibus sacra misteria venerantur celebrãturq; sicut camisi, corporalis purificatorij, tunicelle, manipuli, amitti stole candide, lapidis sacrati, mape altaris, platene, sudarij, calicis, et similium, ⁊ ista oia vel eorũ partẽ admiscere solent in ipsis sortilegijs amatorijs adhibitis eorum nephandissimis precib⁹ ⁊ diabolicis verbis ad turpes libidinis actus tot sacramentorum ⁊ aliorũ sacrorũ perpetrantes abusum, nec omittam vnum qđ quidã ex his qui sunt expresse professionis deferunt qñq; imagines quasdam ad loca sacrificiorũ ter ravel cera aut gummarũ, seu alia quauis mixtura confectas illasq; baptizant prius nomine persone maleficiande sub deuotione et inuocatione diaboli, cum eisdem cerimonijs, quibus vti solent nostri sacerdotes in vero baptismate. ⁊ adijciũt quedam verba valde turpia ⁊ nephanda, que hic inserere nõ placet, ne quẽq; fortasse nimis curiosum ad illorum experientiam concitarem q̄uis alius extra professionem effectus hmõi efficere non posset, vt latius diximus supra in fi. iij. q. quibus imaginibus qñq; aperiunt pectora ⁊ ipsarum corda ingenti calore ignita reddunt, aut tantum detinẽt qđ liquefiunt, putantes qđ eodem modo cor hominis maleficiãdi vel mulieris simili amoris ardore aduret seu mollificeť, ⁊ obediẽs reddatur ad votum sortilegi vel amantis, sed stulti non aduertunt qđ demonis fallacia vehementer decipiunť, vt alꝫ diximus supra in. d. iij. q. si tamen postea appareat qđ mulier flectivideat ⁊ amari incipiat id non prouenit virtute ⁊ potentia sortilegij, sed diabolice tentationis ⁊ opera extrinseca alicuius hominis qui ipsam solli-

4 citat ⁊ persuadet, vt diximus. s̃. d. iij. q. ¶ †Pro cuius corroboratione adde qđ dixit. S. Bonauentu. in. ij. sen. distin. xxviij. nu. 39. vbi dicit qđ tanta est vis diabolice tentationis qđ homo isti absq; diuina gratia resistere non potest non qđ hominem precise cõpellat ad peccandum propter liberi arbitij potestatem ⁊ gratiam passionis dñi nostri Jesu christi, sed tãta est qñq; ad malum hominis inclinatio ⁊ voluntatis pronitas, qđ nisi esset aliud sustentans ne cesse haberet homo quãdoq; motu voluntatis in malũ incidere. ¶ Diabolus enim nihil est qđ magis timeat ⁊ vehementer abhorreat q̄ signum, siue figuram crucis, ⁊ memoriam passionis dñi nostri Jesu christi ⁊ ratio est: qr ante aduentũ Christi illius passionẽ diabolus habebat mirabilem ptãtẽ super oẽs hoies viuẽtes. habebat em̃ duplicẽ manũ. vna que dicebať manus attrahẽs, altera q̄ dicebať man⁹ cõpellens. ℳanus em̃ attrahẽs erat illa ptãs qua ipse Sathanas trahebat ad limbũ omnes iustos ⁊ sanctos viros. ℳanus vero compellens erat illa potestas precipitandi hominem in malum, vel per fallaciam, vel per violentiam: qr tunc tentabat, vt Draco: tentabat, vt Leo. oẽs enim homines vel per fraudulentiã, vel per violentiam superabat, que magna ipsius potestas debilitata fuit per passionem dñi nostri Jesu christi per quem apparuit lumen veritatis, ⁊ interius per diuinã inspirationem ⁊ exterius per humanã instructionem, ita quod nos omnes a manibus illius li-

5 beranit. ⁊ propterea diabolus tam fortiter abhorret memoriã passionis predicte, per quam eius potentia debilitata fuit, ⁊ nobis liberi arbitrij vires, et potestas grandius restituta est nihilominus remansit sibi illa generalis tentandi facultas quã potest cõtra oẽs indifferenter exercere deo permittente, immo ⁊tra ipsummet Jesum illam experiri voluit, vt habetur ℳatth. iiij. c. non tamen habet nunc illam per modum violentie, sed persuasionis ⁊ fraudulẽtie quorum tot ⁊ tãtas ipse habet, vt vix homo illis resistere possit. ista sunt verba not. S. Bonauenture in. iij. sentẽ. dist. xix. q. iij. nu. 22. et. 23. ¶ Redeundo nunc ad propositum dico non esse mirum si mulier pudica ex se, quandoq; flectitur ad libidinem ⁊ dirigit cor suum ad amandum illum quẽ prius nullo modo cognouerat, qđ solum prouenit ex illa festina ⁊ insatiabili demonis tentatione, q̄ intrinseca est sollicitans animam accedente postea sortilegi extrinseca operatione sermonis ambasiate literarum amatoriarũ ⁊ alijs similibus extrinsecis sollicitationibus, que proprie sunt causa im-

6 mediata lapsus ipsius mulieris, vt incidat in laqueum. †⁊ qr mulieb⁹is sexus fragilis est, facile decipitur, flectitur et apprehẽditur vt habetur in. c. forus. de verbo. sig. ⁊ not. gl. in. c. j. de cland. despõ. xxij. q. vij. quod proposuisti. ⁊. q. v. c. adam. ⁊. c. mulier. ⁊ dixi. j. eo. q. vj. in fi. Sortilegia vero ipsa qualiacũq; et quotcũq; sunt nõ sunt causa immediata flectendi pudicum animum ⁊c. sed dicuntur causa mediata ⁊ remota propter que demon magis deliberate studet illam tentare ⁊ capere in laqueam postq̄ per turpem abusum illuz sacramẽtorum in grauem offensam diuine maiestatis obtinuit diuinum cultum prosterni, et ipse vt deus adorari, et hoc est quod ipse magis desiderat q̄ aliud, vt alꝫ diximus. s̃. q. precedenti. et latius dicam infra. in fi. huius. q. ¶ Tertie speciei instrumenta simiiter plurima sunt, quorum partem vidistis supra in. iij. q. quibus aliqua superaddam, ideo dico qđ aut fiunt in corpore per cibũ vel potum aut extra corpus aliquo ex modis predictis. primo casu nota vnum breuiter ⁊ generaliter qđ omnia per sortilegia, siue maleficia, veneficia, que fiunt in corpore, non fiũt absq; veneno, sed oẽs ille mixture cõpositiones ⁊ pocula sunt mixta veneno aliqua mitiori, vt minus officiat: aliqua vero atrociori, vt citius vulnerẽt vel occidant, que vt dixi, ex diuersis rebus conficiuntur quedã ex herbarum

barum folijs festucisaut radicibus quedã exvenenis serpentũ quedam ex reptilibus terre: animalibus, vel piscibus venenosis: lapidibus sulphure gummis ere, plumbo argento viuo qõ ipsi mercurium appellãt alijsq; diuersis metallis in puluerem redactis seu alio modo combustis: ꝛ sic exrebus naturalibus illa cõponunt demonis instructione docente. ꝛ hec sunt que in veritate diuersas in-
7 ducunt egritudines in humanis corporibus. † ꝛ propterea lex vocat ista mala venena que sunt facta hominis necandi aut egrotãdi causa. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad. l. cor. de sica. ꝛ. l. si quis aliquid. §. q abortionis. ff. de pe. bona siue non mala venena dicũtur ea que nõ sunt cõposita ad nocendũ nec facta hoĩs necandi causa vt sunt illa amatoria que in poculis amatorijs cõiter cõmisceri solent. d. l. iij. §. adiecto. ꝛ. d. §. qui abortionis. ꝛ ibi Bart. ¶ Aut illa fiunt extra corpus. scz extra cibum, vel potum ꝛ diuersas similiter vnctionum mixturas ꝛ venenorũ compositiones accipiunt quibus malefician dorum corpora dormiẽtium linire ꝛ perstringere solent ꝛ q̃primũ ipsa vnctura ad precordia penetrauerit que facile penetrat stante calore dormientis statim audiunt gemitus ꝛ maximi vlulatus insurgunt quos persona maleficiata dolore q̃ graui sustinere non potest. ¶ Quidã alij sortilegia hmõi sub alia forma cõposita cõsuunt latenter in chlamyde aut abscondũt in lecto ipsius maleficãdi seu in aliquo loco subterraneo fouea facta aut sub limine ostij super quo destruendus trãsiturus sit: ꝛ pedibus illa calcare cõtingat. ¶ Quidam aũt capiunt residua quedã ex corpore persone maleficiande. s. capillos, dentes, vngues, pilos, siue setas corporis, sanguinẽ si habere possunt, aut particulã pellicule manus, vel pedum. ¶ Alij vero capiunt particulas vestium earundem personarũ caligarum solearum siue planellarum calciamentorũ camisie disploidis birreti scuffie aut veli muliebris cinguli siue zone: stringarum ꝛ similium.
8 ¶ † Quidam etiam capiunt particulam corporis alicuius cadaueris eorũ scz qui iam sepulti fuerunt: ꝛ vt plurimũ querunt illorũ cadauera qui furca suspensi, aut alia turpi morte periere: ꝛ illorũ vngues qñq; aut dentes: capillos, aures oculos, barbam, manum, pedem, vel digitum: aut aliquod ex eorũ intestinis: scz coriecur epatẽ siue pulmonẽ, miltiam rete ventris partem aut intestinorũ pinguedinem neruos ossa, vel carnem ꝛ cum istis alijs ꝛ similibus turpissima cõponunt sortilegia. quidam alij capiunt particulas quasdã vestium ipsorum cadauerum cũ quibus humati fuerũt: quidã alij capiunt chordam siue capistrum viri laqueo suspẽsi: aut illius camisiã ꝛ cum illis similiter quã plura mala turpissime execrantur nec verẽtur nocturnis tẽporibus cadauera ipsa exhumare aut ipsemet in sepulchris ipsorũ intrare ꝛ hec pluries habui in facto Rome ꝛ ab ipsis reis in eorũ examine per plures spontaneas cõfessiones acceptis que quidem omnia fuerunt per demonstrationẽ ad oculum verificata. ¶ Quidam vero ceperũt auium aut ferarum intestina, membra, ossa, plumas, vel retas, quid de oculis aut capite, vel dẽtibus lupi: quid de iecore vulpis: pedibus, vel cornibus cerui: capite vel lingua milui: pedibus vel vnguibus astoris: quid de ore vel beccho
9 aquile: quid de galli crista ꝛ testiculis, ꝛ alijs q̃ pluribus. ¶ † Quidam sunt qui imagines cere, vel alterius mixture conficiunt illasq; portant ad loca sacrificiorũ quibus cõpletis imagines ipsas sub nomine persone maleficiande certis adhibitis cerimonijs baptizant omnia opera ipsorum cũ deuotione Sathane offerẽtes quibus sic oblatis ꝛ execratis imaginibus ignem ingentẽ apud ipsas confouent illasq; spinis acubus clauis, vel alijs rebus acutis: qñq; in capite: qñq; in vultu: in gutture in renibus pectore femore costibus aut ventre, vel similibus locis perforant ꝛ cruciant deprecãtes continue vt verum corpus maleficiandi easdẽ patiat puncturas et penas: ꝛ eisdem doloribus crucietur: ac si eius corpus his instrumẽtis vere perforari cõtingeret: ꝛ licet sepius persona maleficiata in eadem corporis parte similes dolores intolerabiles patiatur nihilominus non proueniunt virtute, vel potentia dictarũ imaginũ, vel sacrificiorũ: sed potius ex vnctionibus ꝛ alijs mixturis veneficis q̃s adherent corpori ipsorũ maleficiatorũ vt supra dictum est in. iij. q.
10 Sed quero † nunc si dicte imagines nihil prosunt nec operantur effectum in sortilegio, quare fiunt? Respon. qõ licet ex istarũ imaginum imolationibus nõ subsequant immediate effectus de quibus supra tũ ex longinquo ꝛ mediate sequũtur qr demon inter alia desideria sua hoc maius hz vt adoretur ab hoĩe ad similitudinẽ dei: vt supra proxime dixi: sed vt promptius ꝛ facilius adorationẽ ipaz consequatur ꝛ augeat docuit sortilegos suos hec sortilegia p imagines fabricare illasq; primo ꝛ ante oĩa baptizare ꝛ cuz illis preces more sacerdotali offerre, ad hoc vt cultus sue adoratiõis amplificetur ꝛ latius extendatur: ꝛ sub isto colore captandi amorem inferẽdi egritudinem inueniendi thesaurum, vel alio simili modo decipit istos ignaros nihilominus opus maleficij perficitur venenis que sunt proprie causa immediata egritudinum iste vero imagines dicuntur causa remota ꝛ mediata propter quam Demon subtilius ꝛ diligentius satagit ad instructionem venenorum ꝛ illorum exhibitionem ita qõ persona maleficiata audiat quid habet in corpore et ideo ista dicitur causa remota ꝛ mediata ad maleficiuz mixtura aũt poculi aut vnctionis est causa immediata: vt not. in. c. nec mirum-
11 xxvj. qõ. v. ¶ † Ex quibus vides qõ Sathanas sub diuersis signis, instrumẽtis, mixturis, compositionibus, ligaturis, characteribus atq; figuris instruit sortilegos ad conficiendũ diuersa maleficia ꝓm diuersas hominũ opiniones quas prosequi intẽdunt: ꝛ vt facilius demon simplices credentium animos fallacijs suis apprehendat sepius sortilegia ipsa sub aliquo tegmine sanctitatis abscõdit aut cultu vere deuotionis obumbrat vt res videat honesta ꝛ sanctitatis deuotione foueri: ꝛ ideo iste muliercule, vel similes in dissolutione dictorum sortilegiorum semper quasi iubent dicere angelicã salutationem siue dominicam orationẽ hoc est Aue mariam, vel Pater nostrum ad deuotionem alicuius sancti Apostoli, vel martyris seu sanctarum virginum ad deuotionem vero dei ꝛ beate passionis marie nunq̃. nec reperies etiam qõ faciant vnq̃ dicere symbolum fidei: scz credo in vnum deum ꝛc. ꝛ hoc est qõ diabolus vehemẽter abhorret: vt alĩs diximus. s. ea. qõ. quia per illud fidei christiane obseruantia ꝛ demonis exclusio demonstrat: ipsi vero mulieres aut viri remedia hmõi vt plurimũ faciunt instructione ꝛ suffragio diaboli: ꝛ ideo dicũtur superstitiosa ꝛ reproba: vt latius dicemus. j. in seq. q. vbi plenius examinabimus istum articulum an ꝛ quando liceat maleficiatum contrario maleficio liberare ꝛ quomodo ꝛ qualiter cognoscatur an remedia ista sint superstitiosa ꝛ reproba, vel nõ ꝛ casu quo sint damnata qua pena puniatur qui illa scienter exercet ibi dicetur.

Summarium.

1 Effectus sortilegiorũ qualiter causari possint in corporib⁹ humanis mediantibus rebus siue mixtis siue simplicibus.
2 Diabolus rerum naturalium ꝛ secretorũ nature maiorem hz cognitionem q̃ omnes simul homines.
3 Diabolus qualis in sua cõditione fuerit, et qualis post lapsum.
4 Intellectus an fuerit post peccatum obtenebratus in demonibus.
5 Diabolus preteritorũ aut presentium occultorũ homini incognitorum optimus est interpres.
Diabolus furta, adulteria ꝛ cetera quecq; vitia quam q̃ occultissima cognoscit.
6 Futura dupliciter cognosci possunt.
Diabolus rerũ principia cognoscit, cui magis nota est virtus causarum naturalium q̃ hominibus.
7 Diabolus quare quãdoq; futura predicit ex certa scientia quã nõ habet ipse.
8 Arte magica sciri possunt que in locis distantibus seu remotis fiunt.
9 Diabolus imbutis artibus magicis reuelat, alias cognitu impossibilia.
10 Diabolus nulla capitur obliuione aut ignorantia rerum naturalium aut secretorum nature.
Demones elementorum, metallorũ, lapidũ, herbarũ, plantarũ, reptilium, auium, piscium, ꝛ motuum celi notitiam habent.
11 Diabolus in omnibus artibus liberalibus omnium hominum est longe doctissimus.
Diabolus ex quibus rebus mixturas aut compositiones faciat.
12 Diabolus quedã in puluerem ꝛ quedam in pinguedinẽ redigere docet ad faciendа sortilegia.
Morbi qui ꝛ quales ex sortilegijs oriantur.
13 Pocula aportionis dicuntur, que dantur alicui vt fetum edat immaturum.
Virtus generatiua quandoq; impeditur per sortilegia.
14 Matrimonium quandoq; per ecclesiam separari mandatur ob impotentiam coeundi.
15 Maleficiatus quidam ne cum vxore copularetur qualiter fuerit liberatus.
16 Liberandus a maleficio iubetur signum crucis omittere.
17 Malefici seu sortilegi an ꝛ qualiter pluuias, grandines et fulgura inducere possint.
18 Egritudines seu morbi quos inferunt malefici, non ex imaginib⁹, aut ceremonijs proueniunt, sed ex mixturis et rebus naturalibus applicatis.
19 Diabolus quare a deo permittatur adeo inhoneste res diuinas ꝛ sue adorationis cultum deturpare.
20 Sortilegum seu maleficum an liceat impune cõsulere ad tollendum maleficium.
21 Jus ciuile pro soluendis maleficijs permittit recursum ad maleficos, sed non ius canonicum.
Infirmitates an possint licite sanari per quedaz verba superstitiosa, quibus vt plurimum vtuntur muliercule.
22 Remedia sanatiua qualiter cognoscantur superstitiosa, vel non.
23 Nomina hebraica dei ꝛ angelorum ab aliquibus conficta, an deferãtur licite pro remedio sanitatis.

Source : BIU Cujas

1 SErto quero †quomodo pōt esse qō ex premissis rebus simplicib⁹ aut mixtis effectus sortilegiorum huiusmodi ꝛ tot accidentia in humanis corporibus ita fortiter causentur seu etiā tollantur aut futurorū occultorūve reuelationes tam clare succedere possunt. nam quibusdam ridiculum potius quā credibile esse videbatur qō ex tactu vnius imaginis cere crete aut alterius mixture si tāgatur in aliqua parte sui corporis per maleficum: in eadem parte corporis persone maleficiande statim exoriatur infirmitas ꝛ causentur dolores intēsi aut amoris cupiditas: ꝛ vehemens libido preparet incendia cordi ꝛ sic de singulis alijs sortilegiorum speciebus. hec enim videnť esse satis remota a credulitate recti iudicij ꝛ tamen in rei veritate effectus ꝛ accidentia huiusmodi negari non potest quod veniunt atq; recedunt opera ꝛ ministerio dictorum sortilegorum. ¶ Et ideo pro faciliori solutione istius dubij. Videndum est primo de virtute et potentia demonis que ꝛ qualis sit ꝛ quā potestatem hz super hoīe
2 qua cognita facilis reddetur solutio istius dubij. ¶ †Sciendum est enim, qō Angelus sathane qui est proprie diabolus mirabilem hz virtutem ꝛ potestatem cognitiuam circa naturalia ꝛ secreta nature. plus enim de his ipse solus est instructus ꝛ bene informatus ꝙ oēs homines de mundo simul. ita dicunt Theologi, ꝛ maxime. s. Tho. in tracta. qq. qō. xvj. arti. vj. in titu. de demon. ꝛ S. Augu. lib. x. de ciui. dei. ꝛ habetur in. c. nec mirum. xxvj. q. v. ex quo enim ipse Angelus est substantia spiritualis: ꝛ pura intelligentia habet oēs virtutes intellectiuas ꝛ omnia secreta nature que naturaliter spectant ad angelum siue bonum siue malum de quibus latius per eundem Tho. in dicto lib. qq. q. xvj. arti. j. ij. ꝛ. vj. ꝛ per totum de demoni. et q. vj. arti. iiij. ꝛ. vj. in ti. de mira. ¶ Deus enim dum a principio creauit naturam angelicam in paradiso eandem virtutem ꝛ potestatez dedit angelo sathane quā dedit angelo lucis: quia a principio oēs lucidos ꝛ preclaros creauit: ita dicunt oēs Theologi ꝛ habeť Eze.
3 xxviij. c. dum loquit diabolo figuratiue in personam regis Tyri dicens. † Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, ꝛ perfectus decore, in delitijs paradisi dei fuisti: omnis lapis precios⁹ operimentum tuum, sardius, topazius ꝛc. tu cherubim extentus ꝛ protegens, posui te in monte sancto dei, in medio lapidum ignitorū ambulasti perfectus in vijs tuis a die cōditionis tue, donec inuēta est iniquitas in te. ¶ Peccasti ꝛ eieci te de monte sancto dei ꝛ perdidi te, o cherubim, hec dicit dīs deus. habetur etiam de hoc de conse. dis. j. hi duo. ꝛ not. xxvj. qō. v. nec mirum. ℌ. sed hoc quosdam ꝛc. vbi. S. Augus. loquens de acutissima intelligentia diaboli dicit ꝙ to magis potest diabolus cognoscere egritudinem esse mortalem, vel nō si hec eadem cognoscit homo per quasdam cōiecturas ꝛ signa multo magis illa cognoscit diabolus quem angelica potestate sublimē prophetica oracula fuisse testantur. idem dicit Tho. d. q. xvj. de demon. Quā primum igitur Sathanas qui tunc propter illius summam pulchritudinem ꝛ splendorem Lucifer vocabatur incidit in peccatum superbie contra suum creatorem volens se facere equalē deo credens posse exercere vires suas in celo, ꝛ alijs predominari preter ꝛ contra dei voluntatem statim ipse cum sequacibus suis de celo expulsus fuit ꝛ pro sua eterna habitatione statutus fuit infernus locus teterrimus, ꝛ tenebrosus, ꝛ propterea perdidit oēm beatitudinem sedem celestem diuineq; maiestatis speculationez: ꝛ lux
4 celestis candoris conuersa fuit in tenebris. ¶ †Hinc queri posset an intellectus diaboli post peccatū fuerit obtenebratus, ita quod non habeat lucem illam intellectus cognitiuam ita subtilem ꝛ claram sicut prius habebat de quo vide. S. Tho. in. d. qō. xvj. arti. vj. de demon. vbi concludit in effectu qō Diabolus peccando ppria tatem nature sue angelice non amisit sed naturalia in eis adhuc integra remanēt ꝛ splendidissima. idē sentit Dyo. in lib. de diui. no. c. iiij. ꝛ not. in. d. c. nec mirum. xxvj. q. d. ℌ. sed hoc quosdam fallit ꝛc. ¶ Quo ad ea vero que sint diuine cognitionis prout est sciētia futurorum ex certa ratione secreta cordis hominū ꝛ similia ista enim omnis intellectus angelicus etiam angeli boni est incapax ex se ad cognoscendum ꝛ comprehendendum ꝛ propterea indiget quodaz superiori lumine illustrari ad ipsa cognoscēda qō lumen est diuine gratie ꝛ ad hoc non perueniunt nisi angeli boni per gratiam angelus autem sathane est indignus ꝛ incapax istius gratie propter peccatum de conse. dist. j. hi duo. ꝛ ideo nō pōt veraciter futura predicere. ¶ In his vero que naturalia sunt vterq; angelus habet mirabilem virtutem ꝛ potestatem cognitinā longe supra humanum intellectum, adeo qō ea que sunt hominis scientie quodāmodo impossibilia, ipse Diabolus videt omnia ꝛ expresse cognoscit: quippe qz ipse est spiritus liber ꝛ elenatus, ꝛ dicitur substantia spiritualis et incorporea. ita appellatur ab omnibus Theologis nulloq; premitur pondere carnis seu alia corporea ponderositate, ex quibus posit eius velocitas intellectus quoquo modo offuscari aut impediri quo minus videat ꝛ expresse cognoscat omnia que conueniunt na-
5 ture angelice vt supra dixi. ¶ †Et ideo aut nos loquimur de scientia preteritorum aut presentium occultorū que homini sunt ignota penitus ꝛ istorum ipse est optimus interpres ꝛ cognitor. ita dicit sanctus Tho. in. d. q. xvj. arti. vj. ꝛ sanctus Augu. in lib. x. de ciuit. dei. ꝛ not. in. c. nec mirū. xxvj. q. v. ¶ Hinc est qō Diabolus cognoscit atq; videt omnia furta etiam latentissima ꝛ eorum fures et alia huiusmodi crimina licet occultissima sint: vt sunt cōiurationes, tractatus, incēdia, assassinia, homicidia occulta, falsitates, sacrilegia, stupra, adulteria, ꝛ his similia: non solum que fiunt inter presentes verum etiam ꝛ inter absentes ꝛ in partibus multum longinqs atq; remotis ex quo ipse omnibus his ictu oculi hominis presentialiter adesse potest ꝛ de illis notitiam haud dubiam nobis exhibere potest vt patebit. j. in eadem questio. in quibusdam exemplis: exceptis tamen hominum cogitationibus in mente retentis que licet sint de presenti: tamen Diabolus illa ignorat maxime quādo nō-
6 dum fuerunt deducte ad cognitionem alterius per aliquem actuz extrinsecum aut signum. istorum enim solus deus est cognitor, ꝛ verus interpres: vt habetur ℳatthei. xxij. c. ꝛ ℳarc. xij. ꝛ dicemus infra eo. qō. x. Futurorum quoq; diabolus est incapax sed si deuenerit ad cognitionem quandam coniecturalem: ꝛ demonstratiuaz siue inclinatiuam: quia hanc habet ex consideratione corporum celestium ꝛ motus astrorum sicut astrologus: sed ista dicitur dubia et incerta notitia. quia potest abesse a veritate vt nota. in. c. episcopi. xxvj. q. v. ꝛ. c. sortes. c. auguria eadē causa. qō. iij. ¶ †Et ideo dicit sanctus Tho. d. q. xvj. arti. vij. quod futurorum duplex est cognitio vno modo cognoscuntur futura ꝙ tum est in se ipsis ꝛ natura sui et hec cognitio pertinet ad solum deum: nulla enim creatura hz istaz facultatem nisi ex diuina gratia specialiter fuerit sibi reuelatū sicut fuit sanctis ℙrophetis ꝛ ideo bene dixit. Esaie. xlj. ca. annuntiate nobis que ventura sunt ꝛ dicemus quia dij estis vos. ¶ Alio mō cognosci possunt futura in suis causis: scz ꝙ tum ad causas suas actiuas vel secundū potentiā causarum ꝛ hec est illa cognitio coniecturalis ꝛ demonstratiua de qua supra proxime dixi. ꝛ de hac Diabolus participare potest: quippe quia ipse cognoscit principia rerū, ꝛ est illi magis nota virtus causarum naturalium ꝙ hominibus: nā per scientiam astrologie, vel per alia signa ꝛ coniecturas facilius et certius cognoscit diabolus futura ꝙ homo. quia subtilius cognoscit causas ipsarum rerum naturales ꝛ que antecedunt rem ipsam essentialiter que nos vocamus indicia ꝛ signa rerum: quia sunt principia quedam futurarum rerum que precedunt operationes naturales postmodum successuras siue euentus rerum futurarum ꝛ per ista fuit inuenta pronosticatio per astrologiam que fit iuxta demōstrationes ꝛ indicia astrorum ꝛ corporum celestiū: is igitur qui per scientiam ꝛ notitiam ipsam futura coniecturaliter ꝛ inclinatiue ꝓdicere querit non peccat si dixerit qō sic astra minantur siue demōstrant: sed dicendo affirmatiue ꝛ certitudinaliter prout res sunt, vel erunt inesse suo peccat grauiter: vide Abb. ꝛ alios cano. in. c. ij. extra eo. tit. ꝛ ideo Diabolus vt videat habere maiorem potestatem, ꝛ se esse equalem deo, non veretur futurorum quorūcunq; velle clare certam notitiam necessariam demōstrare: ꝛ rem futuram que adhuc non est in rerū natura certo modo futuram prout erit in suo eē demonstrare quādo venerit in lucem ꝛ erit certa in rerum natura: sed in hoc mendax est ꝛ decipit hominem: qz istius notitie ipse diabolus est omnino incapax: vt concludit. S. Tho. in. d. qō. xvj. arti. vij. de demon. ꝛ hoc idem ceteri Theologi concludunt ꝛ tenent.
7 ¶ †Et ꝓpterea ipse diabolus, vt facilius hominē decipiat, quotiescunq; contingit de ipsis futuris interrogari, semper respondere solet verbis implicitis dubijs ꝛ incertis que ad vtrunq; sensum accommodari possunt affirmatiuum: scz ꝛ negatiuum: vt patet exemplo vaticinij strenuissimi Ducis armorum domini Brachij senioris ℙerusini qui paulo anteq; cum hostibus concurreret et bellum iniret consuluit demonem quendam quem astrictum tenebat nunquid futuri belli victoriam, vel suam aut suorum stragez reportaret ꝛ an ipse incolumis euaderet, vel periret. cui respōsuz dedit per ista verba: vcz ibis redibis non morieris in bello: ꝛ aliud qō grecis prenuntiasse legitur vcz dico te Aiacidem Enonem vincere posse. que verba media sunt adeo composita que adaptari possunt ad vtrūq; sensum affirmatiuum: scz ꝛ negatiuum hoc est victorie et succumbentie siue mortis ꝛ hoc modo decipere solet simplices credentium animos ꝛ quoties rei euentus preter aut contra spem cōsulentis succedit tunc diabolus se optime saluat in contraria opinione redarguendo ipsum consulentem de ignorantia sua aut mala intelligentia verborum suorum aut cōtraria interpretatione.
¶ Et quia diximus supra qō diabolus habet notitiā omniū preteritorum ꝛ presentium que iam facta sunt, vel fiunt tam inter pre-
8 sentes quā inter absentes licet nobis occultissima sint. ¶ †Subdā exemplum clarum diebus nostris exortum in ciuitate ℙerusina vt referri audiui a quodam religiosissimo viro ꝛ honesto sacerdote mature etatis qui retulit mihi cognouisse quendam presbyterum Jacobum ℙerusinum qui magice artis erat multum eruditus, et sepius experiebatur artem predictam: quadam die dum ipse presbyter Jacob⁹ celebraret missam in ecclesia Cathedrali sancti Laurētij illius ciuitatis, dum esset circa medium misse verteretq; faciem ad

populum

Source : BIU Cujas

populum, ad dicendum verba illa que dici solent parum ante consecrationem eucharistie, videlicet, Orate fratres ꝛc. loco illorum verborum dixit. orate pro castris ecclesie quia laborant in extremis. et illo tunc eodemq; momẽto Dux militum ecclesie vna cum toto exercitu ab hostibus cum quibus paulo ante concurrerant succumbebant ꝛ exercitus ipse ruebat ꝛ scindebatur in diuersis partibus ꝛ nihilominus distabant exercitus huiusmodi ab vrbe Perusina spatio quinquaginta milliariorum, vel circa adeo qõ impossibile erat quod per hominem etiam currendo staffettam, siue per postas potuisset tam cito tale factum nuntiari. Deinde interrogatus presbyter ille ab aliquibus ex circunstantibus qui preconium ipsum audierant: quidnam sonarent verba illa ꝛ ad quem effectum in illo misterio misse loco solitorum verborum orate ꝛc. promulgata fuissent, q presbyter respondit ex tempore quod ita dixerat. quia verbũ est qõ illo tunc milites ꝛ exercitus ecclesie qui cum hostibus concurrerãt succumbebant atq; peribant ꝛ quia auxilio indigebant ipse sacerdos orabat ꝛ intercedebat pro illis. interrogatus quis dixerat, vel reuelauerat sibi qõ milites ꝛ exercitus ipsi tunc succumberent, qui respondit qõ spiritu sancto sibi tunc eadem reuelante populo manifestauerat ꝛ cum ista responsione illos quietos dimisit. † nihilominus in rei veritate Diabolus fuit qui illa dicto presbytero manifestauerat de quibus sepius interrogabat cũ de ipsis militibus ꝛ exercitu ꝛ de cõcursu atq; victoria ꝛ habita reuelatione a diabolo illam populo manifestauerat eo modo quo supra. ꝛ licet ea que in castris ipsis tunc contigerant propter loci distantiã impossibile esset quod tam cito hominibus ipsis innotescerent tamen diabolus qui est spiritus liber ꝛ incorporeus potuit illa videre et presentialiter interuenire, ꝛ ictu oculi se transferre Perusiam, ꝛ ea omnia dicto presbytero auido illa scire manifestare, ꝛ aperire totam seriem facti sub breui verborum compẽdio ꝛ ipse populo, prout fecit, apernit. ex quibus apparet quod demon habet notitiam omnium presentium ꝛ preteritorum tam eorum que fiunt inter presentes quã eorũ que fiunt inter absentes quecunq; sit absentia longa vel breuis.

¶ Aut nos loquimur de notitia rerum naturalium creatarum ab ipso deo siue natura aut hominũ operationes ꝛ circa ista similiter habet mirabilem virtutem cognitiuam q; omnia que a deo creata sunt in mundo ipse cognoscit vna cũ viribus ꝛ virtutibus suis ipse enim nota habet omnium herbarum nomina ꝛ vires suas quas habent in foliis festucis atq; radicibus: itẽ omnia animalia terrestria: ꝛ eorum naturas ꝛ qualitates omnes aues ꝛ volatilia celi: item omnes pisces ꝛ animalia aquatilia omnium metallorum sulphurisq; vires omnium lignorum lapidũq; ꝛ eorum virtutes ꝛ potẽtias naturales habet in prõptu. ¶ † Et breuiter dicas quod circa ista naturalia ꝛ secreta nature in ipo demone nulla cadit obliuio nec ignorantia, quia cuncta notissima tenet ante oculos. ita dicit. S. Tho. in. d. trac. qq. q. xvj. arti. vj. in versi. respondeo ꝛ quia peccando ꝛc. ꝛ. §. ad primum versi. ad. vij. de demon. Idem concludit ille Prierias, in. d. suo tract. ꝛc. lib. j. c. xiij. ꝛ lib. ij. c. vij. vbi recitat qõ Demõ quicunq; etiam minimus nouit omnia cum suis viribus ꝛ pprietatibus. ¶ Primo enim nouit omnia elementa. ¶ Secundo omnia metalla. ¶ Tertio omnes lapides. ¶ Quarto omnes herbas. ¶ Quinto omnes plantas. ¶ Sexto omnia reptilia terre. ¶ Septimo omnes aues. ¶ Octauo omnes pisces. ¶ Nono omnes orbes ꝛ motus celorum. ¶ Decimo omnes ꝛ singulas stellas figuras ꝛ signa celestia ac eorum influxus ꝛ omnium predictorum virtutes ꝛ potentias naturales ex quibus infinita quodãmodo sumunt venena quorum quedã sunt ad nocendum occidendumq;, quedaq; vero orta sunt ad sanandum que dicuntur bona venena ex quo natura illa procreauit ad medelam. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad. l. corne. de sica. ¶ Cum itaq; Diabolus habeat nota omnium supradictorum nomina, vires, virtutes atq; potentias naturales, sicut melior medicus quam reperiri possit in vniuerso orbe terrarum: ꝛ propterea dicunt † Theologi qõ iste diabolus est optimus Philosophus, theologus, arithmeticus, matematicus, dialecticus, logicus, grãmaticus, musicus, ꝛ medicus excellentissimus qui modica experiẽtia quoscunq; viros etiam excellentissimos ꝛ practicos dictarum artium ꝛ peritie mirabiliter superaret. ꝛ ideo ex eorum siue earum misturis ipse Diabolus facit, vel facere instruit suos sortilegos qũo ꝛ qliter agere debeãt vt componãt venena illa ad formãdum sortilegium siue facturam ꝛ diuersas inducere egritudines in humanis corporibus quorum venenorum et maleficiorum. ¶ Quedam componunt ex herbarum foliis, festucis aut radicibus que sunt mirabilis virtutis ꝛ potentie: ꝛ quedam sunt que nõ oriuntur in partibus nostris sed illas affert demõ ex Egypto aut partibus orientalibus, seu alijs: vbi nascuntur ꝛ habent meliores vires vt ais a quibusdam magicis per me examinatis referri audiui. ¶ Quedam vero ex lignis. ¶ Quedam ex lapidibus. ¶ Quedam ex metallis: scilicet ex plũbo ere stanno argento viuo quod appellãt mercurium. ¶ Quedã ex reptilibus terre venenosis. ¶ Quedã ex proprio serpentum veneno. ¶ Quedam ex animum aut animalium, siue piscium venenosorum membris, vel intestinis que habent diuersas proprietates a natura in quibus insunt diuersa venena ꝛ virtutes: seu potentie naturales que diuersas operationes inducunt. vide. S. Augusti. libro. iij. questio. xxiij. de ciuit. dei. ꝛ sanctus Tho. in dicto tracta. qq. q. vj. arti. x. in titu. de miracu. ꝛ Prier. in suo tract. de strig. mag. lib. ij. c. vij. ¶ † Quedam enim redigunt in pulverem ꝛ hec vt plurimum miscentur in ferculis, vel potu ex quibus fiunt diuersa pocula de quibus dicemus infra eod. questio. xj. quedam vero redigunt in pinguedinem: cum quibus faciunt diuersas vnctiones nec verẽtur quãdoq; in ipsis pulueribus siue misturis commiscere pinguedinem siue assungiam quam sumunt ex proprio corpore christiani, aut infantis defuncti sine baptismo ꝛ hanc ipsi appellant pinguedinem pagani quam dicunt habere mirabilem virtutem ꝛ cum ipsis ꝛ dictis pulueribus alijsq; rebus adiunctis diuersas componunt vnctiones maleficas ex quarum tactu aut aliorum cibo, vel potu in humanis aut brutorum corporibus infinite causantur egritudines ꝛ morbi intrinseci: quandoq; ex his prouenit lucis priuatio: quandoq; vero membri debilitatio, neruorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, stomachi, ventris, cordis, ꝛ iste sepius ceteris euenit: quãdoq; renum dolor intensus aut alterius membri ꝛ partis corporis. ¶ Quandoq; vero prouenit febris, tussis, dementia, ptisis, hydropisis, aut aliqua tumefactio carnis ĩ corpore siue apostema extrinsecus apparens: quandoq; vero intrinsece apud intestina aliquod apostema fit adeo terribile ꝛ incurabile quod nulla ars medicorum id sanare ꝛ remouere potest nisi accedat alius maleficus siue sortilegus qui contrarijs medelis ꝛ remedijs egritudinem ipsam maleficam tollat quam facile ꝛ breui tempore remouere potest ceteri vero medici qui artem ipsius medicine profitentur nihil valent ꝛ nesciunt afferre remedium ꝛ hoc est quod dixit sanctus Augusti. in lib. x. de ciui. dei. ꝛ not. in. c. nec mirum. §. ad hec autẽ. xxvj. questio. v. vbi dicitur quod ista remedia que fiunt ad tollendũ istas maleficas egritudines nulla ars commendat medicorum. ꝛ iõ sunt valde prohibita de iure cano. ꝛ ecclesia multum reprobat illa. xxvj. questio. vij. admoneãt. ꝛ latius dicemus infra ea. questio. loco suo. Si igitur remedia huiusmodi non adsint corpus ipsum maleficiatum paulatim consumitur vsq; quo deuenit ad extremum vite: quãdoq; vero velocius occidunt quando volunt inferre mortem absq; remedio adhibent venena atrociora que vitam ipsam citius perimunt. ¶ † Quedam etiam faciunt vt inducant abortiuum pregnãtis mulieris. ꝛ hec dicuntur pocula abortionis de quibus habetur in. l. si quis aliquid. §. qui abortiõis. ff. de pe. ꝛ. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad legem corne. de sica. ꝛ. l. diuus. ff. de extraordi. crimi. vbi est gl. not. l. cicero. ꝛ. l. pregnãtem. ff. de pe. de quibus diffusius dicemus infra eodem titu. questio. xiij. ¶ Quandoq; vero inducitur deficcatio lactis in nutrice. ¶ Quedam fiunt ad deficcandum totum lac vnius gregis, vel fecundi armenti vaccarum adeo quod nihil casei penitus reddant quibus antea in maxima abundantia reddidissent ꝛ similiter abortiones totius gregis, vel armenti inducere possunt prout alias vidi ꝛ habui in facto Rome quod due malefice mulieres cum istis maleficijs perire fecerant abortando multos pecudum fetus ꝛ lactem matrum deficcauerant penitus. ¶ Quidam vero cũ eisdem compositionibus ꝛ venenis impediũt in masculo, vel femina virtutem generatiuam emittendi sperma. ¶ Quandoq; vero in masculo membri languedinem ꝛ omnimodam impotentiam coeundi: in muliere vero vulue arctationem siue matricis indignationem talem, que summopere abhorret concubitum ꝛ viri accessum ad coeundum: ꝛ pati nõ potest aliquo modo copulam carnis. vnde euenit. † quandoq; quod durante huiusmodi maleficio ꝛ impedimento ecclesia mandat matrimonium ipsum separari ꝛ impartiri licentiam alteri coniugum qui, vel que non patitur impedimentũ ad alias nuptias conuolare: sed hoc procedit quando impedimentum ipsum duranit triennio. deinde alter, vel vterq; coniugum fatetur impotentiam suam tũc adhibita septima manu propinquorum aut vicinorum fit separatio ipsius matrimonij per ecclesiam: vt habetur in. c. j. ꝛ. c. fin. de frigi. ꝛ malefi. ꝛ ibi Panor. ꝛ ideo dixit Hostien. in summa eod. titu. de sorti. §. fin. in fi. qõ isto casu ecclesia credit sortilegijs ꝛ illorum effectibus de quibus habetur. xxxiij. q. j. si per sortiarias. ꝛ pro clariori huius rei intelligentia exemplum facti exhibeo. ¶ In agro Sabinensi in quo hec maleficarum secta plurimum inualuit ꝛ de presenti quoq; magna ipsarum copia reperit. † Quidam vir egregius literatus ꝛ illese conditionis ꝛ fame qui in vno ex oppidis illis ortum habuit licet modo sit senex quadam die a quinquennio citra mihi retulit quod ipse dum erat in flore iuuentutis sue tempore quo sponsam duxit ad matrimoniũ consummãdum opera ꝛ ingenio cuiusdam malefice mulieris quam mihi nomine proprio declarauit maleficiatus fuit ꝛ adeo fortiter apprehẽsus fuerat dicto maleficio quod cum vxore ea nocte et postea p' multos dies nullum penitus debitum reddere potuit ex quo habebat maximam verecundiam ꝛ nunq; cessabat admirari considerãs quod prius erat perquam validus in simili actu carnalis copule ex quo maximam solitus erat habere delectationem: tuncvero cõtra adeo quod sua misera vxor eiusq; parentes reclamare ceperunt primo

priuatim putantes postmodum durante impedimento deuenire ad matrimonij separationem adeo quod iste sponsus pro dolore & verecundia quasi demens & desperatus euaserat: & multos ac multos medicos conuocauit vt liberaretur ab ipsa infirmitate & impedimento, & nihil proderant sibi: demum quidam senex ipsum cõsuluit vt mitteret in quibusdam mõtibus altis pro quodam magno & solenni magistro qui vocabatur magister magne experientie: qui in veritate erat solẽnis magus & maleficus: qui ꝑ primum vidit ipsum sponsum cognouit illius infirmitatem & breui tempore illum liberare spopondit vna nocte tãtum. & iussit quod dormiret illa nocte cũ vxore, & prius exhibuit quoddam poculum dum volebat ire
16 dormitum † & premonuit ipsum eiusꝙ vxorem ne illa nocte muniꝛent se signo crucis neꝙ timerent aliquo pacto si aliquid ea nocte viderent, vel audirent: quia non poterant sibi nocere. qui maleficiatus cupiens multum ab ipso maleficio liberari, omnia ad vnguem seruauit. quinta autez noctis hora, vel circa cepit audire maximos tonitus, pluuias tempestosas & fulgura quam maxima, deinde terremotus adeo terribiles quod tota domus quassabatur a vẽtis terremotus velut arbor que quassaretur a ventis: deinde audiuit voce humana quosdam magnos vlulatus & clamores. & auertens oculos vidit in eius camera plus quã mille vt apparebat adinuicem certãtes & vnguibus pugnis & calcibus crudeliter pugnantes & laceraꝛntes alterius facies & vestimenta tota inter quos vidit mulierẽ quãdam que erat alterius oppidi vicini & dicebatur quod erat malefica de qua ipse sponsus multum suspicabatur ne ab ea pollutus fuisset que vltra omnes maioꝛibus gemitibus & vlulatibus cruciabatur et crines faciemꝙ suam totam vnguibus lacerauerat propter que ipe maleficiatus dixit quod aliquantulum pertimuit a principio dubitans ne quid mali sibi accideret: deinde recordatus de monitionib⁹ magistri reassumpsit vires: vxorem vero semper tenuit sub pannis absconditam ne ista videret. postꝙ vero ita certauerant per mediã horam, vel circa, ingressus fuit magister in camera predicta et erat tunc circa mediam noctem. ad cuius ingressum omnes illi pugnantes vna cum muliere ipsa statim disparuerunt & abierunt penitus. ipse autem magister accessit ad ipsum maleficiatum & illius humeros tetigit manu perfricando aliquantulum dicendo quod nõ dubitaret amplius quia iam liberatus erat: & illinc discessit. post cuius recessum dictus maleficiatus sentit paulatim calorem quendam in renibus & lumbis: ita quod membrum virile cepit erigere vultum & subito salijt & ipse apprehensa vxore reddidit debitum satis pingue cuz maxima dulcedine & delectatione: & deinde prosecutus fuit vsꝙ ad senectutez & suscepit optimam prolem vtriusꝙ sexus: & ego quosdam ex suis filijs cognoui & allocutus fui cum eius vxore tunc vetula que omnia predicta ingenue fassa est, dicens quod nũꝙ diebus suis grauiori fuit pulsata timore quaz nocte illa de qua supra. Alia etiam plura exempla de hoc referri possent que causa brevitatis omitto. vide illuz ℣rier. in dicto suo tracta. de strigima. demõ. &c. lib. ij. c. ij. vbi in iij. puncto refert exemplum cuiusdam ditissimi Comitis dioc. argentiñ. qui huiusmodi maleficio steterat biennio impeditus qõ nunꝙ potuit vxoris comitisse virginitatem deflora
17 re q̃ pulcherrima erat: vide ipsum. ¶ † ℣ost hec q̃ro an isti malefici & magi possint eoruz arte & demonis suffragio inducere pluuias, grandines & fulgura aut magna tonitrua & etiam an possint quãdo illa venerint remouere & facere vt cessent: & videretur dicendum qõ non quia ea que de celo veniunt & ad nos descendunt diuina dispositione proueniunt a corporibus celestibus, vel ab aere mediante ordine quodam naturali dictoꝝ corporum & illoruz coniunctionum secundũ qõ clare demonstrãt astrologi, tamen dicas quod isti possunt demonis industria inducere hymbres grandines & fulgura, & alia de quibus supra & econuerso ea sic irruentia remouere & ratio est: qz demones possunt elementa concutere & inducere ventos pluuias fulgura & grandines inducere & hoc est qõ dicit text. in. l. multi C. de malef. & math. l. eoꝝ in fi. eo. tit. in. d. l. multi. dicitur qõ multi sunt qui magicis artibus manibus accincti elementa cõcutiunt &c. per que omnia supradicta proueniunt in. d. l. eoꝝ dicitur ipsi malefici possunt tempestates ipsas remouere & id operari ne segetibus aut terre nascentibus officiant & propterea iura ciuilia nolunt quod isto casu maleficus siue malefica puniatur quando illoꝝ effectus tendunt ad bonum & vtilitatem istarum enim maleficaruz vna componit maleficium altera tollit, vna instruit, altera destruit: vna polluit, altera sanat: vna impedit, altera soluit impedimentum & sic vna illudit alteram diabolus vero vtranꝙ & vt plurimum ea que destruit maleficium indicat alteram maleficam siue maleficum, qui vel que maleficium fecerat non tamen verbis expssis sed quibusdam signis & coniecturis ex quibus facile comprehẽditur qui fuerit: & hoc prouenit astutia & fallacia demonis qui delectatur in fraudibus & scandalis hominum: vt dicunt Theologi in locis supra not. & habetur in. c. episcopi. & c. nec mirum. xxvj. q. v.
18 ¶ † Cum itaꝙ egritudines, mortes & accidẽtia, de quibus supra, proueniunt ex predictis mixturis & rebus naturalibus, non est dicendum quod procedant ex illis cerimonijs, & imaginibus seu illarum tactibus, & sacrificijs, & alijs turpibus obseruantijs de quibus supra: sed ideo cerimonias illas obseruant & baptizant imagines, & alia huiusmodi faciũt: quia diabolus vt alias diximus supra sum mopere delectatur in sacrificijs illis quia cupit adorari & vt facilius ipsi sortilegi & malefici ad illa deueniant diabolus persuadet illis quod ex huiusmodi obseruantijs et solennitatibus effectus de quibus supra proueniunt: sed valde mentitur quia proueniunt ex naturalibus rebus vt supra vidistis: eodem modo dicendum est de sortilegio siue maleficio amatorio in quo sepius demon instruit & mãdat commisceri sacramenta ecclesie, vel sanctoꝝ martyꝝ reliquias hostiam sacratam & similia de quibus supra. iij. questio. in. ij. specie tamen effectus amoris & flexibilitatis pudici animi ad libidinem non prouenit virtute illius sortilegij siue maleficij: sed virtute diabolice tentationis & vtriusꝙ solicitationis et persuasionis intrinsece & extrinsece: vt ibi dixi: sed hoc ideo facit diabolus vt facilius adoretur & turpius diuinum cultum tractet & dissipet et illius
19 destructionem querat. ¶ † Sed queri posset quare deus permittit ℣iabolo quod tam turpiter res diuinas & cultum sue adoratiõis deturpet et destruat: quodammodo cum facile posset illi resistẽdo omnia ista prohibere ne fierent sicut alꝫ non permittendo impedit demonem ne possit quedam alia facere que alias de sui natura facere posset vt dicemus infra questio. sequen. ℣Respond. secunduz cõmunem Theologoꝝ conclusionem quod ideo deus non prohibet hominem hec facere ne videatur sibi velle auferre liberi arbitrij potestatem quam a principio sibi dedit vt possit operari bonũ et malum ad libitum suum: & impediendo ne incidat in malum videretur sibi auferre illam libertatem & velle illum omnino fieri bonum. ne igitur rumpat aut violet legem quam a principio ipse constituit vt sequatur ordo nature sicut a principio ordinatum fuit li̇õ non impedit hominem quod non faciat ista: & quecunꝙ alia mala quando vult operare malum alioquin quis dubitat quod deo renitente hec fieri minime possent. Sed hanc potestatem liberi arbitrij homini dedit vt posset operare bonum & malum quodcunꝙ velit ad libitum suum si bonum fecerit cõsequetur gloriam: si vero malum perpetuam damnationem. ℣Deditꝙ diabolo facultatem tentandi vt posset potestatem ipsam contra quoscunꝙ indifferenter exercere vt not. ℣Gene. iij. & ℣Matth. iiij. c. vbi contra ipsummet Jesum Christum potestatem illam tentandi expertus fuit: vt habet etiam ℣Marc. j. & Luce. iiij. c. in princip. ¶ Sed anteꝙ ad vlteriora deueniam. Quero aliqua de remedijs istis que fiunt erga maleficiatum ad tollendum maleficium & liberandum maleficiatum.
20 ¶ † Et primo quero an liceat impune consulere sortilegũ siue maleficum vt dissoluat facturas & liberet egrotum a maleficio & similiter an liceat incantare & coniurare hymbres, grandines, et fulgura ne noceant fructibus arboꝛibus aut plantis. ¶ Et dic breuiter aut nos loquimur de iure ciuili: aut de iure canonico, primo casu licet impune consulere & adhibere sortilegium siue maleficum ad faciendum opera que vertuntur in bonum & prosunt: & non debet qs pro bono opere cruciari. l. eoꝝ. §. fi. & ibi ℣Bart. hoc nota. expresse. C. de malef. & math. & hoc est clarum de iure ciuili: sed de iure canonico non licet aliquo mõ etiam pro recuperanda corporis sanitate querere remedia diabolica & superstitiosa licet aliter sanitas ipsa recuperari non posset nisi per remedia predicta: ita dicit text. ad literaz in. c. admoneant. xxvj. questio. vij. & tangit verbum ℣Panoꝛ. in. c. ij. de sortil. vbi potius sanctissimi ℣Pontifices patiuntur bona ecclesiarum furto subtracta penitus perdi quam quod querãtur per remedia et artem huiusmodi. & hinc est quod ecclesia potius tolerat dissolutionem matrimonij & tanti vinculi sacramentalis fracturam ꝑ quod permittere & concedere maleficiatum contrarijs maleficijs liberari. tex. xxxiij. questio. j. fi per sortiarias. & de frigi. & malef. c. fi. & ratio huius est quia magis expedit pati in corpore quam in anima quia minor est corporis iactura quam anime. d. c. admoneant. c. fina. de sortil. arg. c. solite de maio. & obedien. & ibi ℣Panoꝛ. & omnes scribentes ad quod ius ciuile non considerauit quod principaliter tendit ad conseruationem temporalium. d. c. solite. & not. docto. in d. c. admoneant. & not. etiam in. c. nec mirum. §. ad hec. xxvj. questi.
21 v. qõ tene menti. ¶ † Item dicendum est de remedijs superstitiosis ligaturis et appẽdiculis, que fiunt per ipsos sortilegos siue maleficos ad sanandũ alias egritudines nõ maleficiales: vt est febris, doloꝛ capitis, ventris, & similes: quas amouere non licet huiusmodi remedijs: & hoc est qõ vult dicere tex. i. d. c. nec mirũ. §. ad hec oĩa &c. vbi dicit qõ ad hec pertinent ligature execrabilium remedioꝝ q̃s ars nõ cõmendat medicoꝝ: qbus aũt penis puniũtur q̃ premissa faciunt, vel consulunt facientes dicetur infra eo tit. quest. xj.
¶ ℣Preterea non pretermittam hunc notabilem casum qui sepissime occurrit in facto maxime apud rusticos: reperitur quidam egrotus aliqua egritudine non maleficiali, loco medicoꝝ, quoꝝm vt plurimum habent penuriam, adducitur mulier que quibusdaz verbis et remedijs asserit velle egrotum breuissimo tempore liberare: egrotus vero qui est pure conscientie dicit cauc: quia nolo curari p remedia superstitiosa: et ab ecclesia reprobata: quia magis expedit

vt patiatur

Source : BIU Cujas

vt patiatur corpus quam anima vt supra proxime diximus: et illa respondet quod nullatenus dubitandum est de hoc quia ipsa cum sanctissimis precibus ꝛ orationibus: ac remediis ecclesiasticis vult ipsum liberare et incipit facere ligaturam ꝛ dicere egroto: quod dicat cum deuotione salutationem angelicam aut orationem dominicam. s. Aue mariam, vel Pater nostrum: et ipsa quoq; magistra aliquas preces alta voce promulgat: deinde duo vel tria verba dicit submissa voce que nullum sapiunt diuini cultus odorem: ꝛ licet per illa verba expresse non constet quod fiat demonis inuocatio tamen non possunt congrue adaptari ad sensum precedentium verborum quippe: quia quo ad illa longe extranea sunt queritur an dicta remedia sint reproba ꝛ superstitiosa. ꝛ quilibet diceret quod nō ex quo non constat aliquid expresse de malo: sed de bono patet expresse. ¶ Solu. tu dicēm quod scribit sanctus Tho. in sum. quest. xcvj. arti. ij. in titu. de superstitio. ꝛ domi. Joā. lec. in sum. confe. eo. titu. de sortil. c. xj. quod in istis remediis plura sunt consideranda.

22 † Et primo considerandum est vtrum remedia illa naturaliter tales effectus sanitatis causare possint: quod facile iudicabitur consilio medicorum. quod si tales effectus naturaliter cōcipere possunt, non erunt iudicāda superstitiosa, sed vera ꝛ naturalia, ex quo medicine professio approbat illa: si vero tales effectus naturaliter parere nō possunt: sunt omnino illicita ꝛ damnata: quia necesse est qō pertineant ad quedam tacita pacta cum demonibus inita. vt not. sanctus Augusti. in lib. xxj. de ciui. dei ꝛ habetur in. d. c. nec mirum. ℣. ad hec omnia. xxvj. questio. v. Hoc enim specialiter apparet ꝛ cognoscitur secundū ipsos quotiescunq; adhibentur aliqui characteres seu nomina ignota aut alie quecunq; obseruationes que manifestum est quod naturaliter efficaciam sanitatis ꝛ expulsionis egritudinis illius habere non possunt talia semper iudicanda sunt superstitiosa ꝛ illicita ꝛ ista sit regula firma per quā facile iudicari poterit an remedia ipsa sint honesta, vel illicita ꝛ supstitiosa: ꝛ hec nota quia sunt valde vtilia in foro conscientie ꝛ multum conferunt sacerdotibus, his maxime qui laicorum confessionibus incumbunt. que enim dicta sunt de verbis, eadem dicenda sunt de breuibus et schedulis, quas sepius faciunt isti incantatores vt suspense deferātur ad collū siue in sinu ipsius egroti: vbi si vltra nomina dei, alias orationes ꝛ preces reperiūtur aliqui characteres aut nomina ignota, vel male sonantia ad precedentia iudicāda sunt omnino super-

23 stitiosa: quia sicut dicit sanctus Chrysostomus † multi confingunt aliqua nomina hebraica dei ꝛ angelorum ꝛ alligant que non intelligentibus metuenda esse videntur. cauendum est etiam ne aliquid falsitatis contineant: quia impossibile esset quod effectus dictorū operum possit expectari a deo qui non est autor neq; testis falsitatis: sed pure veritatis: vt habetur Joan. primo plenum gratie: ꝛ veritatis: illa etiam breuia reprobata sunt in quibus apparent nomina quedam ignota ineffabilia ꝛ inusitata, vel sub hac cōditione traduntur quod quicunq; portauerit breuia huiusmodi apud se nullos timeat hostium incursus: aut insultus, vel qō sibi aliquid boni contiget, inueniet, vel cōsequetur aut aliqd aliud simile omnia ista sunt ab ecclesia reprobata merito dānabilia: et punienda: vide do. Jo. lec. in sum. confes. xiij. c.

Summarium.

1 Sortilege seu lamie an deferant vere ꝛ realiter per demones ad ludos ꝛ congregationes nocturnas.
2 Demon mente mulieris per infidelitatē capta, in diuersas personarum species se transformat coram illa.
3 Demones deferre homines corporaliter de loco ad locum motuve loci est impossibile: qō si verum esset non modica nec pauca sequerētur incontinentia.
4 Sortilegi opera adiuti demonum non possunt liberare incarceratum.
5 Demones apparentias ꝛ nulle rerum species intellectui humano representare possunt.
Febris qualis morbus sit, ꝛ vnde proueniat.
6 Strige seu lamie non deferuntur corporaliter a demone, sed in spiritu deluduntur.
7 Corpora lamiarum seu strigarum ad ludū deferri demonū quibus rationibus asseri possit.
8 Strige omnes ꝛ malefice extra gremium ꝛ protectionem sunt ecclesie.
9 Diabolus hoc vnū maxime optat, vt ab hominibus adoretur.
10 Angelus tam bonus q̄ malus dicitur substātia quedā spiritualis, intellectiua, mobilis ꝛ incorporea.
Corpora per demones assumpta nō sunt vera ꝛ naturalia, sed quasi naturalia ꝛ similitudinaria.
11 Corpora per demones assumpta ex qua componātur materia.
Angelus bonus in corpore assumpto virtutē generatiuam nō habet, angelus autem malus sic.
12 Sperma ex purissima cibi optime digesti substantia oritur.
Operationes naturales corporibus per demones assumptis non conueniunt.
13 Infans natus ex coitu cum demone habito cuius censeatur filius.
14 Demones secundū ipsorum naturalem virtutē multa facere possent que non faciunt, diuina eos reprimente prouidentia.
15 Angeli boni ꝛ homines per dei gratiā ꝛ fidem miracula facere possunt: demones autem non.
Miraculum quid proprie dicatur.
16 Demones per virtutē suā adeo vehementē ꝛ acutā operant quedā que a nobis miracula putantur, ꝛ non sunt.
Demones in nobis dupliciter operari possunt.
Demones permittente deo in forma corporali assumpta possunt hominem vere ꝛ realiter de loco ad locum transferre.
17 Ordo rerum ꝛ secundū ipsarū naturas ꝛ secundū motus attendi dz in virtutum actiuarum actionibus.
18 Diabolus Christum assumptū detulit in sanctā ciuitatez, statuēs eum supra pinnaculum templi.
19 Statuere verbum, idem est qō ponere siue constituere.
20 Anima humana corpus humanum quo vult mouet, quare non idem possit diabolus qui est spiritalis substantia, libera et nullo pressa pondere.
21 Rei sue quilibet bonus moderator ꝛ arbiter existimatur.
22 Diabolus virgas ligneas in veros dracones conuertit.
23 Canis loqui potest per artem demonis.
24 Asina Balaam quomodo ipsum alloqui potuerit.
25 Simulachrum fortune quondam marmoreum ad matronas romanas locutum.
26 Mulier quedā virum suum ad ludum demonum duxit, qui ibidez deo laudes referens, repertus est solus in loco a domo sua distante per centum milliaria.
27 Puella quedā virgo qualiter ad ludum demonū abducta fuerit, ꝛ ob nomen Christi nominatum ibidem dimissa.
28 Stige siue lamie in primis in manu diaboli baptismū ꝛ oīa christiane fidei documenta abnegant.
29 Reuerētia qua forma per strigas siue lamias exhibeatur, demoni ipsarum principi.
30 Diabolus reducēs strigas a ludis demonū, si sonū cāpane pro aue maria audierit, cogitur eas in eodem loco dimittere.
31 Sortilege vere ꝛ corporaliter per demones ad suos ludos deferuntur, nedum in spiritu tantum.
Mulieres quare in maiore numero eant ad ludum demonum q̄ viri.
32 Lex quelibet a ratione sua interpretationem recipit.
33 Mulieres quedam sub falsis illusionibus cū Diana ꝛ Herodiade fatentur se ire nocturno tempore.
34 Ratio determinata legis, legis dictum restringere censetur.
35 Sortilege ꝛ strigimage in quo differant ab illis de quibus in capi. episcopi.
Apostatarum due sunt species.
36 Strige seu lamie professionē expressam faciunt in manu demonis, non autem ille de quibus in. c. episcopi.
37 Sortilegi ꝛ lamie a parochijs expelli debent per eōs ꝛ curatos.
38 Demones in nobis mirabiliter operari possunt dupliciter.
39 Demones contra iustitiam humanam vires suas nequeunt extendere.
40 Creatura nulla potest mortuum suscitare absq; dei potentia et gratia.

1 Septimo quero † an isti sortilegi et strigimage siue lamie vere ꝛ corporaliter deferantur a demone: maxime quādo accedunt ad ludos, ꝛ congregationes nocturnas de quibus aliqua tetigi supra eo. q. iij. in prin. vel solum in spiritu patiantur diabolicas illusiones. Respond. questio ista est multum ardua ꝛ famosa. doctores vtrinsq; facultatis pro maiori parte tenent quod nō deferūtur in corpore: sed duntaxat deluduntur in spiritu per tex. in. c. episcopi. xxvj. questio. v. ex quo text. videtur firmiter probari ista opinio. Theologi vero tenent contrarium quod demon potest deferre corporaliter hominem viuentem de loco ad locum vero motu locali: ꝛ per consequens quod defert istas lamias siue strigas corporaliter vt supra, quam opinionem rationibus autoritatibus et exemplis preclare demonstrant: ego vero vtranq; referā, demum supperaddā opinionem meam. Fundamentum, vt dixi, prioris opinionis est tex. in. d. c. episcopi. vbi dicitur quod quedam scelerate mulieres retro post Sathanam conuerse demonum illusionibus ꝛ fantasmatibus tam grauiter seducte sunt, quod credunt se ꝛ profitentur cum Diana dea paganorū nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cū

Source : BIU Cujas

innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias et multarum terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire eiusq; iussionibus obedire velut domine ꝛ certis noctibus
2 ad eius seruitium euocari.ꝛ in fine dicitur † quod demon quamprimum mentem cuiuscunq; mulieris ceperit ꝛ illam per infidelitatez subiugauerit illico transformat se in diuersas species personarum ꝛ mentem quam captiuatam tenet in somnijs deludens per quecq; deuia deducit: ꝛ cum solus spiritus hec patitur infidelis hec non in spiritu siue anima:sed in corpore euenire opinantur:deinde subiungitur ratio. Quis enim in somnijs et nocturnis visionibus non extra seipsum deducitur.ꝛ multa videt dormiendo qne nunq; vigilãdo viderat:quis vero tam stultus,ꝛ hebes sit qui hec omnia que in solo spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitretur? Hec sunt que in effectu dicuntur in.d.c. episcopi. per quem textum dicunt manifeste probari quod iste mulieres strige,siue strigimage,et strigones:vt vulgariter loquar ꝛ ceteri qui sunt malefice professionis non in corpore:sed in spiritu duntaxat deferũtur, hoc est:q; in somnijs deluduntur a demone:ꝛ omnia que ipsi,vel ipse asserunt corporaliter vidisse tetigisse fecisse ꝛ p̃sentialiter interfuisse omnes sunt illusiones demonum perstrigiose,ꝛ figure apparentes oculis intellectus ꝛ mentis iam captiuate ipsorum virorum,siue mulierũ quas figuras ꝛ apparentia signa ac operationes illas diabolus tam subtiliter ꝛ diligenter accommodat quod vnusquisq; qui illa videt in somnijs oculo mẽtis vere ꝛ corporaliter vidisse non dubitet: immo teneat ꝛ firmiter credat more somniantis et tamen vere corpus nõ mutatur de loco.

3 ¶† Preterea dicunt ipsi si esset verum quod Demon deferret hominem corporaliter de loco ad locum tam veloci motu ad remotissimas partes sequerentur plura inconuenientia:ꝛ maxime hoc:quia posset ad libitum suum trahere quoscunq; etiaz inuitos ꝛ illos deferre ad extranea deserta loca ꝛ compellere illos ad peccandum aut male tractaret eosdem,vel etiam quoscunq; cupidos perficere longum iter breuissimo tempore posset illos apprehendere ꝛ per aerez corporaliter ictu oculi deferre vsq; ad locum ipsum ad quem pernenire desiderant ꝛ sepius hoc faceret quoniam ex his multi reperiuntur qui vellent euolare si possent.hi maxime qui magnorum Principum secreta ꝛ ardua negotia tractant:immo posset etiam trahere hominem ad infernum:et sequeretur diuine legis destructio.q; data possibilitate in vno quo ad materiaz corporalis delationis sequitur in omnibus alijs qui sunt eiusdem ponderis et qualitatis: vt dicit sanctus Tho.in tracta. questio.prime partis. questio.v. in titu.de mira.ꝛ.q.xvj.arti.ix.ꝛ x.titu.de demon. quam potestatem licet Sathanas haberet tempore legis antique ante Christi incarnationem ꝛ passionem:tamen per mysterium mirabilis passionis, illa potentia quam habebat Sathanas illius duplicis manus attrahentis et compellentis partim fuit totaliter abscisa et remota: partim vero debilitata siue ingustata:vt alias diximus supra.q.pcedenti adeo quod hodie non potest ista miracula facere nec hominẽ deferre aut compellere ad malum secundũ quod concludit sanctus Bonauen.in.iij.senten. distinctio.xix.questi.iij.nume.xxij.ꝛ.xxiij.
4 Item sequeretur aliud:† quod quotiescunq; isti Sortilegi ꝛ malefici vellent aliquem incarceratum crimine capitali a furca, vel vltimo supplicio liberare, possent vtiq; ad ipsorum libitum hoc facere. si demones possent aliquem corporaliter deferre.quia isti magi mãdarent demoni:vt dictuz incarceratum apprehenderet:ꝛ extra carceres incolumen deferret:quod esset valde mirabile si esset verum: quia isti essent domini dominãtium.quinimo ipsimet:dum capiũtur pro ipsis criminibus sortilegiorum:si possent a Demone corporaliter deferri semper facerent se deferre extra carceres:ꝛ euitarent penas corporales:adeo quod rarissimi aut nulli ipsorum perirent, ꝛ tamen videmus contrarium quod ipsi malefici tota die capiũtur cruciantur mille tormentis, suspendũtur laqueo cõcermãtur igne: ꝛ multis alijs supplicijs afficiuntur absq; aliquo impedimento: vñ sequitur quod ipsorũ corpora non sunt in Demonis potestate: sz anime solum. ¶Nec est miranduz si ea que iste strigimage, ꝛ alij similes ea que vident oculo mentis in apparentia siue in imaginatiua intellectus dormiendo asserunt vere ꝛ naturaliter vidisse et corporaliter interfuisse:quia sepe videmus quod somniantes adeo verisimilia putant ea que prius viderant esse in somnijs vt pro veris quãdoq; illa promulgare non dubitent adeo firmiter insistunt in
5 illa opinione.† Si enim vapores ꝛ fumositates ciborum ex stomacho insurgentes ad cerebrũ similes effectus ꝛ somnia causare possunt vt medici testantur, q̃to magis Demon potest apparentias ipsas humano intellectui representare,ꝛ demonstrare mille rerum species que nulle sunt: hoc eniz negat nemo. ¶Preterea si febris que est morbus naturalis ꝛ ex indispositione elementorũ corporeorum vt plurimũ causatur ꝛ est calor mutatus in igneum,vt inquit, Gale.in prima parte aphoris.vj.c. qui aggrediens quandoq; partes illas cerebri intellectiuas siue imaginatiuas adeo illas vehemẽter apprehendit et preoccupat quod inducit frenesim,ita qõ egrotus,vigilando ꝛ loquendo in meridie efficitur freneticus ꝛ ex sano intellectu efficitur insanus demens furiosus ꝛ dum plures adsunt non veretur fatua quedam ꝛ extranea loqui ꝛ affirmare pro veris: item videre multa que nulla sunt in veritate si enim accidentia huiusmodi inanimata permutant hominis intellectum ita tenaciter ꝛ verisimiliter,quanto magis Diabolus qui est substantia spiritualis ꝛ creatura dei animata sensibilis ꝛ ingeniosa potest istas imaginationes ꝛ apparentias demonstrare humano intellectui:quia cũ sit incorporeus potest partes illas imaginatiuas humani intellectus preoccupare ꝛ demonstrare per apparentiam aliqua esse que in veritate nulla sunt naturaliter ꝛ adeo verisimiliter quod qs putet etiam medio iureiurando affirmare vera esse,ꝛ interuenisse que
6 nulla sunt vera neq; naturalia:vt dicto.c.episcopi. ¶† Sit ergo cõclusio istius opinionis quod iste mulieres strige nuncupate,aut viri eiusdez professionis non deferuntur a demone in corpore aliquo pacto:sed duntaxat deluduntur in spiritu. Que opinio exemplo etiam comprobatur. ¶Quidam maritus ex oppido quodaz agri Sabineñ.habens vxorem maleficam siue strigam:vt vulgariter dicunt.de quo tamen crimine maritus non habebat certam notitiaz sed suspicabaꝫ satis de ipsa.interrogata quandoq; ab ipso nũquid esset verum quod ipsa esset talis professionis ꝛ secte:semper mulier ipsa audacter negauit:deinde paulatim crescente fama cõtra ipsaz de isto crimine quam maritus ex plurium virorum fide dignorum testimonio et relatione perceperat quod dicta vxor multum stricte conuersabatur cum quibusdam alijs mulieribus que erant strige ꝛ malefice publice et quod interueniebat cum eis ad multa turpia maleficia, et ad congregationes etiam nocturnas: vnde maritus decreuit velle animum suum declarare ꝛ ipsam in flagranti apprehendere ꝛ cepit inuigilare pluribus noctibus magna cum diligẽtia ꝛ attentione ꝛ ita stetit vigil per duodecim noctes,vel circa:vt videret si ipsa de nocte ibat ad ludum demonum,vel ad faciendum aliquod maleficium ꝛ singulis noctibus obseruabat inquirendo lectũ postq̃ vxor venerat dormitum si reperiebat ipsam penes se aut locum vacuuz ꝛ semper illam adinuenit,ꝛ manibus palpauit q̃ apud ipsum iacebat. Deinde mulier ipsa post paucos dies vna cum quibusdam alijs mulieribꝰ strigis,ꝛ maleficis capta ꝛ incarcerata fuit: que vna cum alijs examinata demum confessa est venisse ad ludum vna cum alijs mulieribus incarceratis eius socijs tali die vndecima mensis ꝛc.et tali nocte hora tali ꝛc.idem econuerso fatebantur alie. Maritus vero volens vxorem defendere asserebat sub grauissimo iuramento quod illa nocte de qua dicebatur ꝛ illa hora maxĩe vxor sua erat in lecto apud ipsum iacens ꝛ quod illaz studiose tetigit nõ semel tantum:sed iterum ꝛ pluries:ꝛ allocutus fuit cum ea:ergo sequitur quod corpus non patitur neq; mouetur a demone: sed solus spiritus hec patitur per dictas illusiones.

7 ¶† Contrariam tamen opinionem q̃plures excellentissimi viri tenuerunt quod immo vere ꝛ naturaliter deferantur in corpore:et hãc opinionem omnes fere Theologi sequuntur. sanctus Bonauentu.in.iij.senten.distin.xix.questio.iij.sanctus Augu.in lib.x.et xxj.de ciui.dei.S.Tho.in summa.ij.ij.questio.xcv.artic.v.in titu. de supersti.ꝛ idem Tho.in trac.qq.j.partis.q.viij.in titu.de mira. ꝛ.q.xvj.arti.v.ꝛ.vj. in titu. de demon.ꝛ quidã Modernus Theol. magister Siluest.prier.in quodam tractatu quem nuper edidit de strigi.demon.miran.lib.j.c.penult.ꝛ lib.ij.c.j.vbi tenet expresse qõ possunt corporaliter deferri atq; deferunt a demone ea maxime ratione q; demon natura sua ꝛ secundũ eius vires ꝛ potentiã naturalem põt mouere ꝛ portare corpus longe etiã magis ponderosum q̃ corpus hoĩs de loco ad locũ motu locali deo tñ permittente ꝛ nõ aliter.ꝛ satis isto casu deus videt permittere qñ demoni nõ resistit in istis operibus.qõ nõ resistat sed permittat patet:q; ꝛ viri ꝛ mulieres qui fecerunt hanc professionem saltim expressam:vt faciunt cõ
8 muniter omnes iste strige ꝛ malefice que oẽs sunt † extra gremium ecclesie ꝛ a cõmunioe fideliũ penitus aliene de qbus deus ꝛ ecclesia nullam penitus curam gerit ꝛ habent siue reputantur pro creaturis diaboli.vt no.xxvj.q.ij.qui sine saluatore.ꝛ.q.v.d.c.episcopi.in prin.ꝛ pluribus alijs rationibus ꝛ autoritatibus de quibus latius per eos in locis predictis:concludentes in effectu demonem deferre posse hominem de loco ad locum motu locali vere ꝛ corporaliter ꝛ respondent ad dictum.c.episcopi.quorum responsio hoc concludit in effectu quod ille text.loquitur de alia secta mulierum longe diuersa ab ista. ¶Ego autem omnium adherebam priori opinioni per text.in.d.c.episcopi.nihilominus postea ex longa rerum experientia ꝛ causarũ hmõi multitudine ppter multas acvarias earũ operationes ꝛ exempla quorũ aliqua vidi:aliqua vero a fidelignis accepi,sum modo istius secunde opinionis quod deferantur in corpore. ¶Pro cuius declaratione presupponam. ¶Primo aliqua euidentialia. ¶Secundo fundamenta quedam declaratiua. ¶Tertio nonnulla exempla subijciam pro corroboratione. ¶Quarto respondebo ad ea que dicũtur supra pro priori opinione,et maxime ad.d.c.episcopi. ¶Quinto ꝛ vltimo deducam inco-

uenientia

Source : BIU Cujas

uenientia quedam que sequerentur tenendo priorem opinionez.
9 ¶†Primo igitur pro euidentia presuppono vnum quod est tritum apud omnes Theologos ꝛ canonistas quod diabolus inter alia desideria que ipse habet, hoc vnum tenet, quod summopere desiderat ab homine adorari:ꝛ sicut deus maxima cum veneratione cultum habere,ꝛ in hoc vehementer satagit vt christianos a vero diuino cultu auertat ꝛ illos obedientes atq; deuotos sue potestati subijciat:vt ab eis cultum ipsum recipiat,ita dicit.S.Augu. lib.x.de ciui.dei relatus per sacros canones in.c.nec mirũ.ℌ. magi ꝛ sequen.xxvj.q.v.ꝛ.S.Bonauen.in.ij.sentẽ.distinc.xix.q.iij. S. Thomñ.in sum.secũda secũde.q.xcv.arti.v.in ti.de superstit.in quo quidem cultu eũdem fere ritum ꝛ ordinem tenet quem in vero cultu diuino obseruat ecclesia:ꝛ nõ solum circa res et mysteria,verum etiam quo ad personas.sicut enim ecclesia ꝛ christiana religio admittit plures viros diuerse congregationis,habitus ꝛ nominis,sicut est congregatio ꝛ religio sancti Benedicti,que est monachoꝝ: item sancti Augustini,Dominici atq; Francisci ꝛ aliorum,qui licet sint diuersi nominis ꝛ habitus ꝛ circa modum viuendi diuersas regulas obseruent:tamen quo ad diuinum officiũ.s.horas ordinatas ꝛ missarum celebrationem ꝛ alia pia opera omnes tendũt ad eũdem effectum.s.laudandi deum ꝛ orandi pro anime sue salute ꝛ proximi:eodem modo Sathanas sub sua diabolica religione recipit plures professos diuerse professionis habitus ꝛ nominis q habent diuersos ritus ꝛ mores tamen in effectu omnes tendũt ad idem.s.ad laudandum ꝛ venerandum diabolum infernalem et illi bonam fidelitatem ꝛ homagium continuandum, ꝛ hoc est q dicit tex.in.c.excommunicamus in princi.Et primum ꝛ secunduz de hereti.facies quidem habentes diuersas caudas autem adinuicẽ colligatas:quia de veritate omnes conueniunt in idipsum de quibus quidem diuersis nominibus : ac diuersorum ordinum professoribus sub eadem religione constitutis diximus supra latius eodem
10 titulo.q.ij.¶†Secundo euidentialiter presuppono quod Angeli,tam boni q̃ mali secundum Philosophum ꝛ cõmuniter Theologos sunt substantie quedaz spirituales,intellectiue,mobiles arbitrio,ꝛ incorporee,que non dependent a corpore,nec quo ad sui principium,nec quo ad finem:ꝛ non habent corpora naturaliter sibi vnita.ita dicit.S.Thomñ.in trac.qq.dispu.in prima parte tit. de mirac.q.vj.ꝛ iz non habeant corpora naturaliter sibi vnita possunt tamẽ quandocunq; volunt assumere diuersas corporeas formas ꝛ cum illis diuersimode hominibus apparere ꝛ multas naturales operationes in assumptis corporibus huiusmodi efficere,vt idem Thomñ.testatur eo.ti.q.vij.ꝛ.S.Aug.in.iij.de trini.et idem Aug.xij.c.super Geneſi.¶Sed dubitatur an corpora huiusmodi sic assumpta sint vera ꝛ naturalia corpora vel fantastica ꝛ apparẽtia.Sol.dic qõ non sunt vera ꝛ naturalia ex carne ossibus ꝛ neruis formata:sed sunt quasi naturalia ꝛ similitudinaria, ꝛ licet habeãt in se aliquas operationes naturales sicut est motus localis locutio:delatio:cõmestio potus quãuis ista duo vltima sint naturalia quo ad principium tantum quo ad finem:quia cibi ꝛ potus assumptio fit naturalis in eis:sicut ī homine, digestio vero nulla fit quia substantia cibi ꝛ potus non conuertitur in nutrimentum talis assumpti corporis:ꝛ licet plures habeant ex ipsis operationib⁹ naturalibus non tamen omnes habent sicut est crescere pinguescere nutriri macrari dormire audire generare ꝛ similia:ista non habent nec alia que mutant formã dicti assumpti corporis sicut esset etiã egrotari pallescere ꝛ similia que quidem corpora non dicuntur esse ppetuo ꝛ naturaliter vnita dicte substantie spirituali sicut est vnio anime ad corpus humanum:sed est qualis qualis vnio ꝛ adherentia quedam sicut motoris ad mobile vel figurati ad figuram.
11 ¶†Deinde videndum est ex qua materia corpora ipsa dicuntur esse composita seu fabricata an ex aliqua materia elementari simplici vel composita aut ex alia substantia separata.dic quod ex quolibet elemento confici possunt nihilominus magis cõmuniter fiũt ex aere quem ipsi Angeli possunt facilius inspissare ꝛ ingrossare ꝛ corpus ipsum formare:deinde in eorum resolutione dum a spiritu separantur similiter fit facilior resolutio : quia resoluuntur in fumum ꝛ vapores:vt idem Thomñ.comprobat eo.titu.q.vij.in fi.
¶Et quod dixi corpora huiusmodi non habere virtutem generatiuam,est verum in Angelo bono vtroq; modo,ex quo nullam habet operationem generandi, nec quo ad potentiam,neq; quo ad actum:quia hoc non conuenit nature Angelice,que coitum ipm et omne aliud peccatum penitus abhorret:cuius est quodammodo incapax.¶Demones vero bene possunt in assumptis corporibus generare: quippe quia in coitu carnali sicut in alijs peccatis summopere delectantur:si qua tamen generatio ex illorum coitu succederet,illa non prouenit ex semine illius assumpti corporis, quod nullum habet in se:quia ex quo non habet virtutem digestiuam,non habet etiam virtutem generatiuam: quia caret sangui-
12 ne.†nam sperma oritur ex purissima substãtia cibi iam bene digesti:vt inquit Auic.fen.xx.in trac.ꝑmo.c.iij.vbi dicit quod sperma est superfluitas digestionis quarte que fit cum cibus dispartitur in membris resudãdo auenis:tertia digestione iam completa ꝛ est de summa humiditatis proxime coagulationi ex qua nutriuntur membra dura ꝛ vena arterie.Iste enim operationes naturales nõ conueniunt corporibus assumptis per demonem: quia non sunt naturalia ideo non faciunt sperma:nec possunt p se ipsa virtute propria generare.Diabolus igitur in coitu ipso generat ex spermate alieno.s.alicuius viri in somnijs polluti aut etiam in vigilia quotiescunq; demon in forma succubi se transformat, id est in forma mulieris et habet coitum cum viro:tunc recipit formam viri:ꝛ quã to citius velocissime accedit ad mulierem in forma incubi.s.viri et assumens coitum cum ea intromittit dictum sperma in natura et matrice mulieris:ꝛ inde sequitur pregnantia mulieris infantis et
13 generatio,ac si mulier cum naturali viro coitum habuisset.†tamẽ infans ipse si oriatur non dicetur esse filius demonis,sed illius cuius erat sperma.ita firmant cõmuniter Theologi.S.Augu.in.iij. de trinita.ꝛ.xxj.de ciui.dei.ꝛ.S.Thomñ.in dicto trac.qq.in prima parte titu.de mirac.q.viij.ver.ad primum.¶Concluſine igitur dico in hoc secundo euidentiali qõ Angelus tum bonus cum malus in assũpto corpore regulariter reticet ꝛ operatur omnes illas operationes naturales per quas non alteratur forma assumpti corporis sed remanet in esse suo ꝛ in eadem proportione figure et forme omnes vero operationes per quas alteratur forma siue figura corporis predicti de quibus supra diximus sunt illis prohibite ratione predicta.ita firmant ipsi Theologi in locis predictis:sed deferre corpus aut aliud pondus de loco ad locum : motu locali nõ immutat formam dicti assumpti corporis ergo sunt capaces istius
14 operationis.¶†Tertio presuppono quod Angeli mali.i.Demones multa facere possent ſm eorum naturalem virtutem ꝛ potestatem que tamen facere non possunt diuina prouidentia ipsos reprimente ꝛ eorum operibus resistente ꝛ sic maiora possunt in habitu ꝛ potentia quam in actu.ita idem Thomñ. in trac.qq.q.v.ti. de miracu.ꝛ Augu.in.iij.de trini.vbi dicit quod Angeli mali quedam facere possunt eorum virtute ꝛ potentia naturali si permitterentur a deo que ideo facere non possunt:quia non permittuntur: impediuntur itaq; quandoq; ab illis agendis ad que eorum naturalis virtus se extendere potest:idem etiã comprobat.S.Bonauẽtu.in.ij.senten.lib.ij.dist.vij.vbi late disputat de virtute ꝛ potentia demonum quam habent respectu creaturarum quid possint qualiter ꝛ quantum possunt ꝛ quãtum eis permittitur a deo,vbi enumerat plures operationes naturales quas demon facere potest tã
15 in assumpto corpore quam sine eo.¶†Quarto ꝛ vltimo presuppono quod licet Angeli boni ꝛ homines quandoq; per fidem ꝛ diuinam gratiam operentur miracula,ꝛ faciant aliqua que sunt vltra eorum naturalem virtutem ꝛ potestatẽ.vt dicit.S.Aug.in.iij.de trini.Demones tamen miracula aliqua operari non possunt,vt sint vera miracula:quoniã miracula ipsa fiunt per gratiam ꝛ domũ dei:quia est diuina virtus in effectu que miracula facit mediãte persona et instrumento Angelico siue humano sicut gratia prophetãdi tradita fuit sanctis prophetis simplicibus et ignaris.vt refert S.Greg.in.ij.dialogo.ꝛ idem Grego.in prima Omel.sup Ezechi. ¶Miraculum enim siue operatio miraculosa est quoddam diuinum testimonium indicatiuum diuine virtutis et veritatis.vt dicit.S.Thomñ.in.d.trac.prima parte.q.v.de mirac.ver.respondeo quod si demonibus quorum est tota voluntas ad malum potestas hec daretur a deo faciendi miracula deus ipse falsitatis eoꝝ testis existeret quod diuine bonitati penitus incongruit.Concludendũ est igitur quod Demones non faciunt nisi ea ad que eorũ naturalis virtus se extendit ꝛ diuina voluntas nõ refragatur sed permit
16 tit:vt idem Thomñ.hec eadem testatur ibi.¶†Virtus enim Demonis est adeo vehemens ꝛ acuta quod multa opera que ipse facit eius virtute ꝛ industria: ꝛ ex rebus naturalibus adeo bene componit ꝛ velociter exequit qõ homines qui illa vident dicũt esse miracula licet in veritate non sint.¶Possunt ergo demones mirabiliter in nobis dupliciter operari.Uno modo per veram corporis transmutationem quando fit vera mutatio corporis.
¶Alio modo per quandam illusionem sensuũ ex aliqua immutatione imaginationis,neutra tamen operatio est miraculosa sz per modum artis ꝛ nature composita.vt ibi vide in.d.q.v.
¶Quibus sic presuppositis dico quod demones deo permittẽte possunt in assumpta corporali forma hominem deferrevere ꝛ naturaliter de loco ad locũ motu locali.ꝛ per consequens illas strigimagas:ꝛ sortilegos professos deferunt ad nutum in naturali forma ad quecunq; loca quod dictum probatur primo ratione per ea que not.S.Thomñ.in tracta.qq.in prima parte.q.xvj.articu.x.vbi
17 dicit.†Quod in actionibus virtutum actiuarum considerãdus est ordo rerum,qui non solum attenditur scõm naturas ipsarum rerum,sed etiam secunduz earum motus.Habent enim ꝛ ipsi motus quendam ordinem adinuicem qui dupliciter consideratur. vno modo ſm propriam rationem et scõm hoc motus localis ad alios motus duplicem habet compationem.Prima est qua ipse motus est primus motuum.secundo q̃ per motum localem mi-

Source : BIU Cujas

nima variatio fit circa mobile.nam cum per alios motus varietur aliquid quod est intrinsecum rei puta qualitas quantitas accidēs aut forma substantialis per motum istum localem variatur solum corpus secundum aliquid extrinsecum quod est ipse locus per cuius mutationem non mutatur nec alteratur res in substantia vel in accidenti aut alia qualibet eius qualitate intrinseca:& quantus ad hec secundum predicta competit quod corpora moueantur a substantijs spiritualibus motu locali facilius & immediatius q̄ alijs motibus.Alio modo consideratur ordo motuum secundum ordinem mobilium:sicut enim motus celi est prior motu corporis elementaris,ita motus corporum celestium est prior motu corporuz inferiorum respectu ordinis & p̄m hoc competit superioribus substantijs spiritualibus mouere superiora corpora celestia:ita etiaz inferiores substantie spirituales que sunt demones respectu peccati et priuationis gratie cōuenit quod mouere possint:& moueāt corpora inferiora siue humana sint siue alia quia data possibilitate in vno per consequens datur in omnibus alijs:his maxime que sunt eiusdem ponderis vel magnitudinis, vt dicit idem Tho.in d.titu.de demon.q.xvj.arti.x.in fine & habetur per.S.Aug.in.iij. de trini.vbi dicit quod demones colligunt quedam semina ex quibus formant species quasdam siue animalia viuentia que fieri non p̄nt absq; corpore mobili:ergo mouere p̄nt corpora īferiora de lo
18 co ad locum motu locali. ¶ †Secundo probatur hec opinio autoritate sacri Euangelij,zMatth.iiij.c.vbi diabolus in assumpta humana forma tentando Jesum in deserto,adduxit illum in sanctaz ciuitatem, & statuit ipsum supra pinnaculum templi: quod est locus quidaz excelsus & eleuatus,super quo doctores antique legis predicabant & doctrinam legis predicte publice populosq; docebant.vt dicit.S.Tho.in glo.super.d.c.iiij.in ver.diabolus autem &c.vbi dicit nota qō omnia opera illius tentationis corporeis sensibus completa fuerunt quia diabolus tunc apparuit Christo in forma humana,& licet due sint opi.Theologorum super illo puncto qualiter Christus statutus fuerit super illo pinnaculo an per delationem demonis vel quod ipsemet pedibus proprijs ascenderit mediantibus diabolicis persuasionibus verior tamen opinio est illa quod fuerit portatus a demone.s.eleuatus de terra & vnico
19 ictu siue momento fuerit positus in loco predicto.† hec intelligētia magis conuenit litere Euangelij dum dicit,statuit.quod idez est sicut posuit siue constituit.si enim pedibus proprijs Christus ascendisset ad demonis persuasiones.tex.dixisset adduxit,sicut dixerat supra quando illum adduxit in sanctam ciuitatem.vide.S. Thom̄.in.d.gl.& Alber.mag.super.d.c.iiij.& S.Bonauen.in.ij. senten.lib.ij.dist.vij.per totum quod manifestius demonstrat qō Christus delatus fuit a demone ex eo quod omnes theologi firmiter ibi concludunt qō Christus dum statueretur super dicto pinnaculo reddidit se inuisibilem circunstantibus qui ibi aderant ne insurgerent clamores in populo putātes miraculose Christum ascēdisse locum:qui si proprijs pedibus naturaliter ascendisset nō erat opus quod se inuisibilem redderet ex quo nil miranduz fecisset.fatendū est igitur quod diabolus ipsum assumpsit de terra & raptim vnico ictu statuit illum super dicto pinnaculo.¶Cum itaq; demon portauerit Christum in vero corpore qui erat deus & homo:& verū corpus humanum habebat:ipsumq; mouit de loco ad locum etiā sursum qō difficilius est motu locali deo permittēte nulla ratio diuersitatis redditur quare nō possit etiā deo permittēte portare homines istos ipsosq; mouere motu locali ad nutum de loco ad locū
20 eo maxime accedente hominis voluntate p̄m ea que diximus supra in.iij.euidentiali. ¶ †Tertio probatur sic:si humanus spiritꝰ qui est anima, que est inclusa in isto carcere terreno corporis humani,habet vires mouendi corpus ipsum de loco ad locū, ascendēdi, descendendi,currendi,saltandi,sistendi, & aliud quoq; corpus supra suum portandi ad omnem eius libitum que est minus potens natura angelica.vt dicit.S.Aug.in.iij.de trini.& S.Thom̄.d.q. xvj.arti.x.quanto magis demon,qui est substantia spiritualis libera & soluta nullo q; premitur pondere carnis quis neget quod simi les operationes naturales & longe maiores in assumpta corporali forma diuina potentia non reprimente operari nō possit certe nemo & quod ipse demon sit longe maioris roboris q̄ homo īmo pluribus hominibus simul habetur per.S.Augu.in lib.x.de ciui.dei relatū.xxvj.q.v.nec miruz.§.super hoc non est igitur mirandum si demon corpus humanum per ethera portare possit & quam velocissime dūmodo diuina voluntas sibi non repugnet.ad que faciūt ea que diximus.s.in.iij.euidentali & que dicemus infra in seq.mē
21 bro. ¶ †Quarto dico quod vnusquisq; eorum que sua sunt est bonus moderator & arbiter.l.in re mādata.C.manda.& de rebus proprijs quisq; potest ad libitum suum disponere,immo ab ipso domino auferri nō pōt absq; eius libito voluntatis.l.id qō nostrum est.ff.de reg.iur.l.fi.ff.de pac.& per Bart.in.l.iuris gentium.ff.eo. ti.Iste enim strigimage magi & sortilegi per illam professionē effecti sunt demonis creature eo qō sponte sua sub illius imperio & potestate se subiecerūt vt latius supra diximus in.ij.& iij.q.ergo seqtur qō demon de ipsis siue in anima siue in corpore ad eius libituz quicquid vult disponere potest deo permittēte qui in hoc demoni nullum prestat impedimentum:sed relaxat sibi arbitrium & libertatem virium suarū in istos dico professos non autem in alios secūdum quod dicit.S.Aug.in lib.x.de ciui.dei & in.iij.de trini.et.S. Thom̄.d.q.xvj.arti.ix.x.& habetur in.d.c.epi.ibi mentem quaz diabolus captiuatam tenet per quecq; denia ad eius libitū deducit &c.Ex quo enim ipsi semel deum reliquerūt abnegātes fidē catholicam & totum xp̄iane religionis cultum non est dicendum qō deꝰ amplius ipsos protegat vel de his curā aliquā habere velit: sed illos dimittit penitus sub potestate & arbitrio Sathane postq̄ illi sponte & sub cuius imperio se subiecerūt:& eum principem habere voluerunt.cum sint igitur extra cōmunionē fidelium non sunt amplius oues Christi que fuerunt tradite in custodiā Petro:sed sunt oues externe.s.diaboli:vt habetur in.c.firmissime.& in.c.excōmunicamus in prin.extra de hereti.& d.c.nec mirū.xxvj.q.v.& eadem causa.q.ij.qui sine saluatore. nimirum ergo si demones illos deferunt etiam in corpore.primo quia respectu substantie spiritualis adest potentia naturalis.secundo quia respectu diuine maiestatis nulluz prestatur impedimentū:vt concludunt theologi in locis su
22 pra notatis. ¶ †Quinto probaī hec conclusio a maiori per ea que habentur Exod.vij.c.vbi dicitur quod magi Pharaonis arte demonū conuerterūt virgas in dracones & fuerunt veri dracones nō autē superstitiosi nec illusorij:vt dicit.S.Aug.super glo. ibi dicēs qō demones hoc facere potuerunt eorū virtute naturali p aliquas potentias naturales:seu per quedam semina collecta que habent vim putrefaciendi ligneas virgas & cōuertendi in lubricam draconis speciem p̄m qō dicit.S.Aug.in.iij.de trini.quez refert & sequitur.S.Thom̄.in dicto trac.qq.q.v.ver.ad octauū in titu.de mira. vbi dicit qō licet ista apud nos videanī esse miracula:quia humana virtus ista non capit nec se extendit ad illa,tamē quo ad secreta nature & demonis intelligentiam non sunt miracula immo opa ipsiꝰ
23 nature demonis industria fabricata. † Item nota aliud mirabile demonis arte factū legitur in sacris literis quod Simon magus arte demonū canes loqui faciebat:nec dum est annus elapsus quod casus iste euenit in facto Rome vbi mulier quedam magica vetula que Francisca seneñ.dicebatur artis diabolice plurimum perita canem quendā magne stature nigrum totuz secum ducebat quē post nōnullas preces reuerenter emissas loqui admodum faciebat et voce quadam velut humana verba articulata proferebat que audita fuerunt a pluribus:& maxime a quodam sacerdote presbytero qui rem ipsam propalauit domino alme vrbis Senatori qui de mandato.S.D.pape adiūcto sibi Reuerē.D.Locūtenēte Vicarij sui vna cum quibusdam alijs viris maxime doctrine & experientie mulierem ipsam solēniter examinarunt & cōperto facinore flāmis publice consumpserunt ipsam:que canis loquela duplici modo fieri potuit secūdum Thom̄.d.q.v.de mirac.aut quod demon assumpserit corpus in forma canis omnibus partibus suis bene proportionatum,& locutus fuerit:aut quod esset canis verus & naturalis:& demon per impulsum aeris motu locali sonum quendam for
24 mauerit similitudinem literate & articulate vocis habentem. † et hoc modo etiam dicitur quod Asina Balaam allocuta fuit ipsuz duabus vicibus, vt habeī Nume.xxij.c.vbi Asina ipsa que portabat Balaam ibat ad regem Balac qui miserat pro eo:videns asinā Angelum resistētem in via & se opponentē Balaam Asina declinauit a recto tramite & iuit per agros, Balaā percutiebat illaz volens qō iret per viā illa recusabat:& adeo vehementer percussit illā qō cecidit:& tūc dñs aperuit os Asine & locuta est ad Balaā dicendo, quid feci tibi cur percutis me:At Balaā dixit:qz cōmeruisti & illusisti mihi:vtinam haberem gladium vt te percuterē: cui Asina iterum respondit:Nonne animal tuū sum,cui semper sedere consueuisti vsq; in presentem diem:dic qd similevnq̄ fecerim tibi:At ille ait,nunq̄, que verba adeo bene & articulate ab ipsa asina prolata fuerunt quod ab homine dicta viderentur:sed hoc factum fuit ab Angelo ex diuina voluntate:vt ibi dicitur et dicit.S.Thom̄. in.d.q.v.ad tertium quod Angelus mouit linguam Asine predicte et per crebram aeris repercussionem protulit articulata verba de quibus ibi naturalium verborum similitudinez habentia.tex. autem ibi dicit quod dominus aperuit os Asine non Angelus.vide Thom̄.in dicta.q.v.& vj.in titu.de miracu.

25 ¶ †Ultimo non omittam illud quod dixit Valer. zMax.qō olim Rome fortune simulachrum quoddam marmoreum qō positum erat in via latina dicitur locutum fuisse infrascripta verba ad zMatronas illas Romanas vez,rite me matrone vidistis,riteq; dedicastis.nec putes ista fuisse Poetarum figmenta:quia si talia essent, profecto sacri Theologi in suis diuinis literis non insererent approbando prout fit per.S.Thom̄.in.d.q.v.in.iij.not.et est glos. no.in.c.moyses.in ver.habitare.xxxij.q.ij.que dicit quod Angeli tam boni quā mali habitant in siccis corporibus.l.in statuis lapideis eneis & marmoreis & in cadaueribus defunctorum in quibus in quibus ipsi demones dant responsum,& refert exēplū Saulis q

adoranit

adorauit diabolum: & als dixi supra quod demon sub ydolorum forma peractis sacrificijs & precibus sortilegorum siue magor ipsis interrogantibus et scire querentibus que occulta sunt respondet ad propositum voce quadam sonanti articulata verba: ac si ex ore hominis procederent nihilominus: neq; vox: neq; verba naturalia sunt sicut humana: sed ex crebra aeris repercussione per demonem concitata verba illa prolata fuerunt: vt supra dictum est. Si igitur hec fieri possunt arte & virtute demonis que longe maiora sunt & intellectui humano minus capacia et difficiliora quod canis aut aliud animal brutum seu statua marmorea verba articulata protulerint quanto magis credendum est q̄ demon possit hominem corporaliter deferre motu locali aut brutum quod minus est quaz animal de nouo creare vel vnam speciem in alteram transformare prout diximus supra de virga conuersa in draconem.

26 ¶ Demum vt res ipsa cunctis clarius innotescat subdam exemplo. Annis citra. xx. in agro Sabineñ. vicino vbi Rome in quodam oppido erat quidam Rusticus habens vxorem que erat de expressa demonis professione: et pluries ab eo interrogata si erat de dicta professione semper audacissime negauerat: qui maritus ex quibusdam signis que viderat maior suspitio animum eius apprehendit. vnde decreuit velle videre si verum erat quod de nocte ipsa exiret extra domum. et quorsum tenderet & pluribus noctib⁹ summopere inuigilauit: vt videret, quid ipsa faceret que semper volebat post maritum ire dormitum: & diu postq̄ ipse intrauerat in lecto multoties vigilabat: demum nocte quadam hora quinta vel circa, qua ipsa citata ire tenebatur ad ludum ipse maritus iacebat quasi dormiens & ipsa venit ad illum ad perscrutandū si dormiebat quod videns maritus statim cōfinxit altius dormire & grauiori somno teneri: ipsa viso dormiente retrocessit statim: & pedetentim ibat lento gradu: tunc maritus magis argute inuigilat: atq; obseruat cum diligentia cuncta que vxor ipsa faciebat: demū vidit q̄ accessit ad quendam angulum domus: & eleuata quadam cista assumpsit pixidem seu ollulam quandam que suberat: deinde exutis vestibus cepit inungi cum certo vnguento in dicta ollula existente apud ignem calefacto: postea pixidem seu ollulam predictā ad pristinum eius locum reposuit: deinde vidit illā velociter exeūtem de domo: ac si pedibus non tangeret terram. post cuius discessum maritus assurgens accessit ad ostium qō clausum optime vidit etiam cum pessulo siue stanga interius: de quo magis obstupuit: deinde accessit ad angulum ex quo illa vnguentum assumpserat: & reperta ollula illam accepit: & alibi abscondit et reuersus fuit in lecto: perfecitq; somnuz vsq; ad mane. die vero sequenti reuersa vxore maritus illam interrogauit quo nam proficisceretur nocte illa quādo ex domo recessit media nocte sola que a principio fortiter negabat salua fronte. tunc maritus sumpto ligno cepit illam acriter verberare: vt haberet veritatem ipsa adhuc indurato corde fistebat: demum maritus sumpto pixide siue ollula: ecce dixit mulier maledicta: vide si credis quod nouerim scelera tua. & graniter sibi cōminabatur aut q̄ mortem subiret aut illum doceret quomodo facit illas vnctiones et discessus quia volebat omnino accedere ad congregationes illas quas intendebat omnino videre: & que fierēt in eis tunc mulier ipsa confusa dum vidit pixidem vnctionis fassa est ingenue errorem suum implorādo suppliciter veniā ab ipso viro qui libenti animo sub fide promisit ei indulgeri dūmodo ipsuz adduceret secuz vna nocte ad congregationes predictas: ipsa tunc aperiens os suum cepit vera loqui & cuncta dicte professionis capitula recensuit: & ostendit voluptates illecebras: & gaudia immēsa que inde assumebant & de amenitate & delectatione ludorū magnificentia chorearum opulentia cōuiuiorum principis illius liberalitate & deliti effect⁹ dulcedine cuncta narrauit. ex quo indulgentiam admissorum a marito ipso impetrauerat: qui marit⁹ curiosus ista videre & interesse precepit vxori vt q̄ primum ad dictam congregationem accessura erat ipsum euocaret que mulier promisit illum adducere et impetrata prius licentia a domino Sathana de adducendo maritum ad ipsam congregationem: aduenientе hora adhibitis vnctionibus vnusquisq; ipsorum super suo hirco equitando q̄ velocissime peruenerunt ad locum ipsius congregationis et antеq̄ discederent de domo vir ipse diligenter premonitus fuit ab vxore: vt summopere precaueret ne in itinere eundo vel redeundo: aut in loco congregationis signo crucis se muniret: aut illius nomen nec deiuel iesu Christi quouis modo commoraret: maxime in laudando vel adorando qui sic facere promisit in quo loco sistentes vxor dimisit maritum in certa parte mouēdo ipsum: vt illam expectaret donec reuerteretur a prestando obedientiam earum principi Sathane quēadmodum vnusquisq; aliorum tenebatur: qui maritus videns tam innumeram virorum ac mulierum multitudinez illic adesse vehementer obstupuit: finita obedientia fiunt tripudia & choree q̄ celeberrime cū maxima cymbalorum tympanorum aliorūq; instrumentorum dulcedine & tripudiantium numerositate ordine quodam retrogrado contra morem, naturam & ordinem chorearum quibus nos vtimur: quibus eractis preparantur mense quam amplissime: cum maxima epularum et conuiuantium copia & optimis ferculis vxor illa ex indulgentia principis introducit maritum ad mensam, comedere incipiunt, maritus degustans epulas insipidas petijt salem qui nullus aderat in omnibus mensis, nec dum veniens quisquā cum sale iterum petijt atq; rogauit procedente mora: iterum atq; iterum: terq; quaterq; salem ipsum supplicando petijt: et toties replicauit quod demon quidam salem ipsum attulit: vnde maritus videns salem summopere gauisus est: & pre gaudio magno dixit hec verba. hor laudato sia dio: pure venne questo sale. quo verbo prolato postq̄ auditum fuit nomen dei laudatum vnico momento cuncta perierеt oēs vndiq; statim discesserūt mense epuleq; oēs ꝑsum pte⁹ sunt: luminaria cūcta q̄ multa erāt illico extincta sunt, adeo qō maritus ipse reperitur solus & nudus in loco ipso in medio tenebrarum stetitq; sub illa frigidissima nuce beneuentana per totam noctem vsq; ad mane cum maximo frigore & periculo: die vero sequenti videns pastores qui pascebant greges circa loca vicina ab ipsis petijt: vbi nam esset ipse, que regio illa dicebatur: cui responsum fuit quod erat beneuentana: que distabat a patria ipsius viri centum milliarijs vel circa: ipse vero erat nudus sicut alij qui vadunt ad choreas demonum: multum male se habuit in partibus illis adeo quod substulit periculum mortis: et quia valde ignotus erat in ea regione & sine pecunijs coactus fuit mendicare ostiatim amore dei adeo quod inuenit tunicellam quandam satis contritā: vt posset se tueri a frigore quod tunc vigebat & sic paulatim querēdo victum in itinere amore dei tantum ambulauit quod peruenit ad patriam spacio octo dierum vel circa: & erat adeo deformatus & macilentus quod a paucis recognoscebatur: et accedens ad curiaz principis illius castri: detulit querelam contra eius vxorem & quasdam alias mulieres eiusdem professionis eius socias que omnes fuerunt incarcerate & dum a principio negarent: instante viro predicto et testimonium verum de visu ferente tandem omnes fasse
27 sunt: et ardentissimis flammis combuste. ¶ Nec dum decem lapsi sunt vel circiter anni quod mulier quedam iuuencula infra. xvj. annum etatis existens adhuc virgo eiusdem Sabineñ. diocesis ex altero tamen oppido oriunda a quadam alia malefica striga seducta vt religionem diabolicam profiteretur ad ludum adducta fuit et premonita ne signo crucis se muniret aut deum Jesum ve Christum collaudando memineret postq̄ ad locum congregationis accesserunt iunior ipsa videns tam maximam mulierū virorūq; multitudinem et principem ipsum Sathanam in solio maiestatis taz superbe sedentem, et tot auratis ornamentis & purpureis vestibus decoratum vehementer obstupuit: et que simplex erat virgo incauta, prime monitionis oblita ob rerum magnificentiam & maximū stupore quo apprehensa erat se signo crucis muniuit dicēdo. Jesu benedetto che cosa e questa: nec dum verba predicta perfecerat quod statim cuncta euanuere: et omnibus luminaribus penitus extinctis sola hec misera inter maximas tenebras valde mesta reperitur & quā maximus pauor vehementer illā apprehēdit ex quo pene mortua est: & recordata de nomine Jesu & beate virginis marie deuotissimis precibus se illis cōmendauit vouitq; castitatem perpetuam si incolumis inde euaderet & diuino auxilio suffragata tante solitudinis periculum mox euasit: q̄ quidam senex rusticus vna cum filio & asello trāsibat prope locum predictum vbi erat ista puella que plurimū lamentabatur de sorte sua: qui senex audito gemitu accessit ad illā dicens: filia mea quid facis istic sola isto tpe nocturno: quā cum nudā videret magis obstupuit que simplex virgo maxima erubescentia ducta que nihil habebat vnde pudibūda pertegeret post multas lachrymas, gemitus, & suspiria, huicviro q̄ plurimum se cōmendauit vt illam secū adduceret ad domum suā qui senex accepit pallium suum & posuit super humeris puelle & illā secum ad domum suam que non multum distabat adduxit: & in itinere totam seriem facti sibi narrauit: qui senex stupore & pietate plurimum afficiebatur audinitq; ex qua patria quibusue parentibus orta esset & decreuit senex omnino hec eius parentibus enuntiare, & puellā ipsaz eisdez restituere. ingressi sunt domū vxor senis que erat multum pia perq̄ blande virginem recepit: & apud se in lectum retinuit: & deinde per duos vel tres dies maxima charitate et materna pietate tractauit eandem vestibus suis induit & post triduum maritus accepit asellum et comite filio puellā ipsam equitantem ad patriam suam illesam reduxit proprijsq; parentibus eandem restituit qui dudum fleuerāt perditionem filie putātes ne aliquis miles aut alius nequā vir nocturno tempore rapuisset eādem: qui senex maxima veneratione & amoris dulcedine a parentibus puelle amplexus est receptisq; muneribus pro se et filio dimissa puella ad domum suā reuersus fuit que quidē puella postq̄ dono dei & gratia beate marie virginis tam graue periculū euaserat decreuit omnino votum iam factuz adimplere & ingressa fuit monasterium sancti Frācisci assumptoq; habitu solēniter professa fuit: & castissime vixit cuius parētes liberū prestitere cōsensum: illā vero maledictam strigā que filiā suam adduxerat ad illuz locū de-

Source : BIU Cujas

nuntiarũt curie ꝛ re comperta publice fuit igne combusta. ¶Hec enim que audiui retuli, modo referam que ipse vidi ꝛ in facto habui que plura sunt: tamen duo tantum que recentiora sunt referã. Anno dñi. ¶M.ccccc.xiiij. mense Septembris dum essem in quodam Castro ¶Bonaiterij. S. ¶Pauli de vrbe apud regionem Sabineñ. vt mea quedam illic expedirem, et mox ad vrbem reuerterer, summis, fui precibus rogatus a ¶Reuerẽ. ¶P. dño ¶Abbate illi⁹ monasterij qui est dñs in tẽporalibus dictorum Castrorum, vt accederem ad aliud Castrum eiusdem monasterij ibi vicinum qõ Mazanũ appellant ad examinandum tres mulieres maleficas siue strigas, vt dicebant, que in arce ipsius Castri aliquãdiu incluse remanserant et que ex earum dictis acciperem sibi referrem atq; consulerẽ quid mihi in re illa agendum esse videretur. Ego enim qui meis prepeditus eram licet nõ potuerim absq; magno meo incõmodo illuc accedere ꝛ huic rei vacare nihilominus vt morem gererẽ tanto viro quem alias in meis valde gratum ꝛ benignũ reperi nõ potui euitare quin eius preces mihi mandata seruarẽ. Accessiq; ad illas quarum vnam que mihi facilior videbatur examinare cepi, ꝛ pluribus exhortationibus, vt veritatem aperiret, persuaderi: que demum post aliqualem hesitationem cepit vera loqui: ꝛ rem ipsam totam fateri qualiter ipsa erat de secta illa strigimagaruz expresse professa in qua professione insteterat per annos quatuordecim cõtinuos quibus continuũ cõmercium habuerat cum demone ꝛ nominauit alteram mulierem maleficam que fuerat eius magistra et ipsam ad professionem adduxerat ꝛ quod isto tẽpore plurima maleficia siue veneficia fecerat: ꝛ contra hominum personas ꝛ cõtra iumenta ex quibus homines tres perierant: iumenta autẽ quatuor: ꝛ quod agrorum plurium segetes immaturas ventis, grandinib⁹ ꝛ tempestatibus strauerat ꝛ penitus deuastauerat: ꝛ multa alia his similia obscena machinata fuerat arte illa malefica ad vlciscendum iniurias suas. ¶Quam ego subtilius interrogans vt clarius haberez que sunt istius diabolice religionis seu professionis secreta. ¶Primo enim perscrutatus fui quid est illa professio quam mulieres ipse faciunt cũ demone: ꝛ quibus modo ꝛ ordine ad illam accedunt: ꝛ quibus cerimonijs ꝛ solennitatibus vtũtur in ea. ¶Ad quid se obligant demoni. Sub qua forma verborũ fit obligatio ipsa: itẽ postea que sunt ab eis seruanda ꝛ ad que tenentur. Similiter que premia habent ꝛ que habere sperant; ab earum principe demone: ꝛ ex quibus rebus simplicibus vel mixtis cõponunt vnguenta quibus liniunt corpora sua dum vadũt ad ludos ꝛ cũ quibus etiam rebus faciunt alia venefica maleficia. Item quem ordinem tenẽt qñ accessure sunt ad ludos predictos ꝛ si est verũ quod vadunt corporaliter vel illa sit illusio siue visio quedam in apparentia in mente ꝛ intellectu. ꝛ casu quo accedant corporaliter an ambulent pedibus propꝛijs vel aliter deferanť ꝛ quomodo ꝛ per quẽ. Item quomodo ꝛ qualiter celebrant sacrificia offerunt preces ꝛ munera demoni. Item que sunt illis precipua in obseruantia in dicta professione ꝛ alia quedã que nunc non recordor que quidem mulier sub spe venie cuncta a principio vsq; ad finem recensuit que professio ipsa requirit exprimendo omnia et singula illius capitula.

28 ¶†¶Primũ enim dixit quod quando adducta fuit per illam eius magistram ante tribunal principis earum qui est diabolus in forma ¶Regis presidẽs in solio maiestatis instructa prius a magistra quid factura erat venit ꝛ oportuit primo abnegare baptismum et omnia christiane fidei documenta relinquere: deinde ecclesiastica sacramẽta cuncta proijcere pedibusq; propꝛijs conculcare crucem ꝛ imagines beate marie virginis ꝛ aliorũ sanctorũ quãuis hec vltima non fiunt coram eo sed alibi: postea satis est qõ ista promittãt se facturas quãprimum cedet occasio: deinde fecit obligationẽ per solẽnem stipulationem in manibus ipsius ¶Principis, quavouit ꝛ promisit quod perpetuo erit illi fidelis ꝛ obediens ꝛ omnib⁹ eius mandatis parebit. ¶Deinde medio iureiurando tactis scripturis super quodam magno libro obscuras paginas cõtinente prestitit homagium siue perpetuum vasallagium: ꝛ quod nunq; redibit ad fidem ¶Christi nec diuina precepta seruabit: sed solum ea que ipsum principem erunt decernenda: ꝛ quod perpetuis futuris tẽporibus erit obediens illi ꝛ veniet cõtinue cum vocata fuerit ad ludos ꝛ cõgregationes nocturnas: ꝛ que in eis per alias mulieres fiunt ipsa faciet. ꝛ quod etiam aderit sacrificijs illorum nocturnis: et solitas preces ꝛ cultuz adorationis prestabit: ꝛ vota quecũq; que ipsa prestare contigerit pro viribus adimplebit ꝛ quoscunq; poterit alios ad eandem professionem adducet. ¶Ecõuerso autem ipse ¶Princeps egregia fronte promisit eidem mulieri sic presenti pstare perpetuam felicitatem: gaudia immensa ꝛ voluptates quascunq; in hoc mundo habere desiderauerit: ꝛ demũ post hanc vitã longe maiora munera cõsequetur. Quo facto statim vnũ demonẽ constituit ad custodiam ipsius mulieris quã nũq; relinquere debeat: sed illi inseruire in omnibus que ipsa cupiet ꝛ quotiescũq; cõtigerit ad ludos accedere hoc ipse intimabit mulieri: ꝛ illam deferet ꝛ instruet vt supra: qui quidem demon associat ei tanq; maritus vxori: insup dixit qõ sepius accedunt ad cõgregationes illas vbi maxima multitudo corã ¶Prin
29 cipe illo vndiq; cõfluebat. †¶Primũ autẽ quod faciendum erat per ipsas mulieres erat signũ obedientie ꝛ reuerentie que fiebat coraz principe ordine quodã retrogrado, in oppositum directo illi reuerentie quã nos prestare solemus. nos enim inclinamus caput ꝛ humeros flectimus genu crure retro curuato voluentes vultũ ad ꝑncipem siue ad alium quem veneramur: ipsi vero faciunt cõtra quia terga voluunt versus principem ꝛ caput curuant versus humeros adeo vt mentum celum respiciat, crura vero non curuant retro vt nos facimus: sed eleuant sursum a terra a parte anteriori: ꝛ ita seruatur ibi. peracta igitur reuerentia, princeps mandat qõ omnes tripudient, saltẽq; cum letitia ꝛ gaudio sumentes vnaquecq; voluptates suas ꝛ vnusquisq; demonum accipit mulierem suam ad cuius custodiam deputatus est ꝛ cum ea gerit saltationes illas magna letitia atq; dulcedine ꝛ interim preparantur mense cum lautissimis ferculis abũdantissime ornate ꝛ celebratis choreis veniunt ad conuiuia: quibus completis ꝛ cibatis omnibus extinguuntur lumina omnia ꝛ quisq; demon in forma incubi. s. viri suam capit mulierem. si qui vero sunt viri habent demonẽ suum in forma succubi. s. mulieris ꝛ sic adinuicem omnes adimplent coitũ carnis cum maxima voluptate. quo officio completo reuertuntur ad domũ omnes equitantes super illis hircis: sacrificia vero cum fiunt, fieri solẽt statim post peractum reuerentie signuz fit adoratio, qua expleta deueniunt ad tripudia ꝛ alia de quibus supra: quãuis sacrificia ipsa celebrare solent etiã in alijs locis extra locũ congregationis: puta in domo priuata vel in quibusdam locis occultis vt late diximus. ꝟ. eoꝺ. q. iij. ꝛ. v. ¶Sed aduerte ad duo quod ipsa dixit. vnum est quia demones festinant reportare illas ad domum antequã labat nox ꝛ anteq; pulsetur campana pro Aue maria de mane que pulsari solet in aurora vel parum ante: quoniam si forte pulsaret campana tempore quo deferuntur ad domum necesse habet illarum magister in eodem loco vbi audit sonum predictum deponere mulierem aut virum nec potest amplius ipsum vel ipsam tangere: sed necesse est quod residuum illud itineris pedibus propꝛijs ambulet quod perraro quidem euenire solet: quia ita velociter ipsas reportant qõ non impediuntur a sono: secundum est quod retulit quod quotiescunq; interfuerat ludis ita fessa reuertebatur ad domum propter illas choreas et crebras saltationes: quia erat debilis cõplexionis vt apparebat quod per tres vel quatuor dies male se habebat in corpore propter magnos labores quos sustinuerat que similiter cum demone suo dum esset in forma incubi sepissime fuisse carnaliter cognitam maxima cum delectatione te
30 stata fuit: hec illa ibi. ¶†Aliud breuius exemplum superaddaz, alia quoq; mulier eiusdem professionis que vna cum precedenti erat incarcerata dum deferretur a demone suo, reuertendo a ludis predictis in itinere anteq; peruenirent ad domum dum esset vicina oppido patrie sue audiuit pulsare campanam de mane pro Aue maria. vnde demon necesse habuit illam deponere ꝛ discedere quam deposuit statim ꝛ dimisit in quodam agro iuxta quandaz ripã vbi erant spineta quedã ꝛ in dicto loco ipsa misera mulier necesse habuit expectare vsq; ad mane: quo lux clara appareret: sz fortuna profuit sibi: qꝛ illa die in aurora ꝛ in diluculo quidã iuuenis illius oppidi ibat ad alium locum ibi vicinum quem ipsa videns transeuntem cognouit atq; vocauit nomine ꝓprio: quod audiens

iuuenis

Source : BIU Cujas

iuuenis prima facie timuit aliquantulum: sed videſ postea mulierem ipſam que seminuda erat a femoribus supra ⁊ crinibus sparſis scapillata tota magis obſtupuit: nec audebat ad ipſam accedere: nihilominus illa adeo benigne ⁊ humiliter ipſum rogauit vt accederet ad illam qđ venit ⁊ interrogauit eandem postꝙ illam recognouit cur illic ita sola moraretur in ea forma: cui illa dixit quod tota nocte aſellum suum quē perdiderat perquiſierat ⁊ nunꝙ potuit illum inuenire: cui iuuenis subridens minuſqꝫ credens dixit. hoc enim aliud ſibi querit quam aſelli inquiſitio qui querit aſellū vadit cuꝫ socio: ⁊ non sola ſic seminuda ⁊ scapillata. aliud eſt quod querebas dixit ipſe: dicas mihi veritatem ſi vis quod adiuuez te: vnde venis, vbi fuiſti, quid facis hic sola, quis te adduxit, dicas mihi omnia ſi vis habere ſuffragium, ⁊ ero tibi ſecretus ⁊ fidus.

¶ Tunc mulier ipſa Lucretia nuncupata que erat ſatis pinguis, et pulchra lz ſatis timeret ſeuitiam viri ⁊ ſuorū conſanguineorūz: tamen confiſa eſt de iuuene illo rogando ipſum prius ſummis precibus ne cuiꝙ reuelaret factum illud ſed taceret: quia ipſa volebat pinguiora munera ſibi elargiri: cui iuuenis ſub fide promiſit quod abſqꝫ dubio cūcta referret: ⁊ ille futurus erit ſibi ſecretiſſimus: tūc ipſa faſſa eſt quod reuertebatur ea nocte a ludis beneuentanis: et dum eſſet in itinere deferreturqꝫ per aerem a magiſterulo ſuo audito ſono cāpane que pulſatur de mane pro aue maria fuit ſibi neceſſe qđ illam deponeret in terram eodem loco in quo reperiebaꝫ qñ audiuit ſonum predictum ⁊ hoc modo ipſa ſic ſola reperiebaꝫ ibi: qui iuuenis acceſſit ad illam ⁊ preſtitit ſibi opem in reueſtiendo et recaptando ſe. deinde aſſociauit illam vſqꝫ ad domum abſqꝫ eo qđ aliquis factum illud aduerteret. pro cuius laboribus ⁊ fide mulier ipſa donauit dicto iuueni vnum par caligarū, vnum birretum ⁊ camiſiam vnam, ⁊ certas petias caſei, rogando eum iterum atqꝫ iterū vt taceret: ⁊ ita promiſit ⁊ tacuit rem ipſam per plures menſes: deinde neſcitur quo ſpiritu aut indignatione vel lapſu iuuētutis ductus rem ipſam ſecreto modo cum vno, deinde cum altero propalauit: adeo qđ paulatim res deuenit ad notitiam curie. vnde mulier ipſa capta ⁊ cū alijs incarcerata fuit, ⁊ iuuenis ille vt teſtis omnia hec medio iuramento depoſuit, adeo qđ ipſa quoqꝫ poſt multa facinus ſuum diutius tergiuerſare non potuit: ego tamen illaꝝ ſententijs intereſſe non potui: qz neceſſe mihi fuit ad vrbem reuerti illaſqꝫ dimiſi earum iudici ordinario vt iuſtitiam faceret: ſz cuncta retuli prefato dño Abbati prout inueneraz qui mandauit ſuo Locūtenenti vt de ipſis iuſtitiam faceret: ⁊ inde ad paucos dies retulerunt mihi quod vitam ſuam finierunt flāmis. Iſtarum vnguē ta vidi atqꝫ tetigi ⁊ quaſdam alias maleficas mixturas: quibus graueſſimas egritudines in humanis corporibus inferebant. et illud etiam vidi quo hominē ad earum libitum in furorem ⁊ inſaniam
31 inducebant: que omnia mādaui igne comburi. ¶ †Ex quibus oībus manifeſte deprehendi poteſt quod vere ⁊ corporaliter deferūtur: non autē in ſpiritu illuduntur: ad quid enim opus erat qꝫ illa prior conquereretur de laxitudine corporis ⁊ membrorum poſtꝙ reuerſa erat a ludis: vbi dixit qꝫ per tres vel quatuor dies ſe male habebat in corpore ꝓpter magnos labores dictarum chorearꝝ ſi in ſpiritu dūtaxat fuiſſet apprehenſa illuſione illa non erat opus qđ conquereretur de corpore ⁊ nimio labore quia corpus non laborat in ſomnijs: ſed animus duntaxat. vt. d. c. epi. Altera etiam mulier de qua in vltimo exemplo non fuiſſet comperta ſola in illo loco niſi iuiſſet in corpore. vt ex predictis patet. ¶ Sed quero nūc quare eſt quod in iſta ſecta vt plurimū ſunt mulieres, viri autē rari ſunt. Reſpon. plures redduntur rationes per doct. prima eſt qđ mulier tanꝙ debilior ⁊ fragilior facilius decipitur a diabolo: ⁊ credit oīa que ſibi perſuadentur. c. fo. us. de verbo. ſigni. c. j. de cland. deſpon. ⁊ habetur Geñ. iij. c. vbi diabolus ſerpens prius decepit mulierez quam viruz, eo qz magis credula fuit. alia poteſt eſſe ratio quod faciunt propter explendā libidinem carnis quam alio modo nō poſſent abſqꝫ ignominia ſatiare iſto enim modo capiunt delectationē cum demone ⁊ complent deſiderium ſuum abſqꝫ eo quod contra ipſas inſurgat infamia vt ex plurium ipſarum mulierum confeſſionibus accepi dum iſta ſubtiliter indagarer. Quidam alij dixerunt quod mulier eſt magis vana ⁊ curioſa ⁊ magis familiaris diabolo qꝫ ſit vir ⁊ que minus timet tranſgreſſionem precepti ſuperioris qꝫ vir quaſi quod magis regitur voluntate appetitu ⁊ ſenſualitate qꝫ ratione: vt habeť. xxiij. q. vij. quod propoſuiſti. ⁊. q. v. Adā ⁊. c. mulier ⁊ per glo. in. d. c. j. de clande. deſpon. ⁊. d. c. iij. ſuper Geñ. ⁊ ibi per ſacros doc. ¶ Ex predictis itaqꝫ concludo concluſionem ipſaz eſſe ſufficienter probatam: cui non habent obſtare quedā que ſuperius in contrarium adducebantur. Et primo non obſtat tex. in d. c. epiſcopi. ſuper quo tenentes contrarium ſe omnes fundāt: cui licet per alios doct. antiquos ⁊ Moder. fuerint date plures reſpōſiones ad vnum tamen tendentes. ſ. qđ ille tex. non loquitur de ſecta iſta ſtrigarum: ſed de alia longe diuerſa ab iſta. Ego tamē idem comprobando alio modo reſpondebo ad illum tex. declarādo literam ⁊ mentem illius concilij. ⁊ anteꝙ ad vlteriora procedam ꝑmit
32 to †quod omnis lex recipit interpretationem a ratione ſua: maxime quando ratio in lege reperitur expreſſa que magis attendēda eſt quam dictum legis. l. adigere. ff. quānis. ff. de iur. patro. l. cū pater. ff. dulciſſimis. ff. de lega. ij. l. milites prohibentur. ⁊. l. milites agrum in prin. ff. de re milit. l. nomen in fi. ff. de leg. iij. ⁊ Bart. in. l. ij. ff. videndum. ff. ad tertul. idez Barto. in. l. omnes populi in. vij. q. principali. ff. de iuſti. ⁊ iur. Bar. in. l. ſi conſtante in. v. col. in. vij. ⁊ ix. q. ff. ſolu. matri. ⁊ in. l. ſi vero. ff. de viro eo. titu. ⁊ in. l. j. C. que ſit lon. con. ⁊. j. diſtinc. conſuetudo per Hemi. in. c. vbi periculum in ij. not. de elec. lib. vj. ⁊ eſt glo. no. in Clem. j. de elect. in ver. eligatur et glo. in. d. c. conſuetudo. j. diſt. Ideo dicunt doc. quod cui nō conuenit ratio legis minus conuenit ipſa lex. d. l. cum pater. ff. dulciſſimis. ⁊. d. l. nomē in fin. ⁊. d. l. milites. la prima: ⁊ la. ij. ff. de re mili. Quibus premiſſis dico quod ratio principalis illius. c. ⁊ intentio concilij Aquiren. non fuit velle impugnare ⁊ habere pro impoſſibili quod demon deo permittente non poſſit hominem corporaliter deferre de loco ad locuz motu locali: quia ſi fuiſſet iſtius intētionis dixiſſet contra communem omnium Theologorum et canoniſtarum ſententiā, immo contra tex. propium ſacri euangelij Matth. iiij. Luc. iiij. ⁊ Marc. j. c. in prin. vbi apparet quod diabolus tentando Chriſtū, qui erat deus ⁊ homo naturalis, detulit ipz corporaliter ſuper pinnaculum templi ⁊ in montem excelſum vt latius infra dicemus: intentio igitur finalis illius concilij in illo ver. Illud etiam non eſt omittendum ꝛc. fuit velle improbare ⁊ dānare errorem illum in quo erant mulieres ille ſcelerate de quibus ibi que erant hereticе ⁊ in ſua obſtinata opinione damnate ⁊ que fuit ratio principalis atqꝫ finalis quare concilium illud declarauit mulieres illas eſſe hereticas et dānatas. Ratio dico principalis fuit illa quam ponit ibi tex. videlicet. Cum aliquid diuinitatis aut numinis eſſe extra vnum deum arbitrantur: hec eſt ratio principalis que facit illas eſſe dānatas quod melius declaro ſic. Concilium illud in princip. rex. ponit generale edictum quo mandat omnibus epiſcopis ⁊ clericis vt ſummo ſtudio elaborent pernitioſam ſortilegam ⁊ magicam artem ex parochijs ſuis penitus eradicare. et ſic primo improbat artem: deinde deuenit ad ſpeciem. ſ. ad homines illius artis peritos dum dicit, quod ſi aliquem virum aut mulierez huiuſmodi ſceleris ſectatorem inueniant turpiter dehoneſtatum ex parochijs ſuis deijciant: quia ſubuerſus eſt ⁊ is etiam qui ſimilis eſt ſibi ſubuerſi ſunt omnes ⁊ a diabolo captiui tenenť qui relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia querunt: ⁊ ideo a tali peſte debet mundari ſancta eccleſia. hic enim remanet completa oratio prime partis capituli vbi concilium mandat extirpari hanc reprobam artem magicam et ſortilegam et illius profeſſos turpiter dehoneſtatos ⁊ externos a fide catholica ex omnibus parochijs ſuis expelli, ad hoc vt ſancta eccleſia a tali peſte liberetur. Deinde incipit ſecūda pars ibi: illud etiam non eſt omittendum quod quedam ſcelerate mulieres retro poſt Sathanam conuerſe ꝛc. vbi concilij predictum mutauit ſermonem ⁊ poſuit alium caſum diuerſum a precedenti quod patet ibi dum dicit: illud non eſt omittenduz qꝫ quedam ſcelerate mulieres ꝛc. tex. ibi in prin. locutus fuit de mulieribus que artem magicam ⁊ ſortilegam profitentur ibi dum dicit ſi aliquem virum aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ꝛc. ſi enim concilium predictum in illa ſecunda parte voluiſſet intelligere de eiſdem mulieribus de quibus fuerat facta mentio in principio, text. non diciſſet per iſta verba quedam ſcelerate mulieres ꝛc. ſed diciſſet per aliqua verba repetitiua earundem perſonarum et qualitatum, videlicet, eedem ipſe dicte vel predicte: vel per alia ſimiliaverba. ex quo enim tex. in dicta ſecūda parte non fuit locutus perverba repetitiua, ſed per diuerſa ⁊ diuerſum ſenſum ⁊ caſum demōſtrātia, fatendum eſt de neceſſitate quod ille ſit diuerſus caſus a precedenti, ⁊ ſic diuerſa ſpecies perſonarum. ⁊ quod ſit veruz clarius de
33 monſtrabitur infra. †Concilium igitur deueniendo ad ſecundam partem exponit iſtarum mulierum profeſſionem ⁊ qualiter ſub falſis illuſionibus et fantaſmatibus illuduntur a demone: deinde enumerat quaſdam operationes quas mulieres ille profitentur facere cum Diana vel Herodiade deabus ſuis quarum iuſſionib⁹ ad illarum ſeruitium euocantur ⁊ nocturnis horis accedere profitentur: ſed vtinam he ſole in ſua perfidia perijſſent et non multas alias ad illarum interitum pertraxiſſent: deinde ponit moduz infidelitatis: et errorem exprimit quo principaliter deducuntur in hereſim dum dicit. nam innumera multitudo hac falſa opinione decepta hec vera eſſe credunt. ſcilicet quia putant Dianam et Herodiadem eſſe veras deas: et poſſe illa opera de quibus ibi perficere et credendo a recta fide deuiant et errore paganorum involuuntur. Ratio finalis et principalis omnium ſupradictorum operum et damnate credulitatis ex qua dicuntur hereticе nunc ponitur dum dicitur. Cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum deum arbitrantur et huc vſqꝫ perficitur: ſecunda oratio dictum illius ſecunde partis deinde ſequitur improbatio illarum falſe opinionis ⁊ erroris predicti. Ratio igitur finalis eſt illa quam proxime dixi ex qua omnes alij errores ⁊ illuſiones ſucceſſiue dependent cum credunt illas Dianam, et Herodiadem,

Source : BIU Cujas

esse veras deas ꝛ in eis multum diuinitatis ꝛ numinis esse et iste est verus intellectus illius capituli si bene consideretur in verbis ꝛ in mente. Stante igitur ratione predicta expressa secundum illam verba ipsius legis sunt interpretãda, ꝛ vbi ratio ipsa non conuenit lex quoq; omnino cessat. d. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. hec actio. ꝛ ibi Barto. ff. de calum. l. is qui animo. ff. de acquirẽ. posses. Ratio autem predicta non cõuenit neq; verificari potest in hac secta strigarum ꝛ maleficorum quippe quia ipsi vel ipse nõ decipiuntur ista falsa opinione putantes inseruire deabus istis ꝛ extra vnum deum aliquid numinis esse: sed ipse vident cognoscunt ꝛ apprehendunt expresse quod illarum Princeps cui inseruiunt ꝛ quem obediunt ꝛ adorant est diabolus inferni inferior deo: ꝛ inimicus dei sed illi inseruiunt relicto creatore propter mundi vanitates ad explendas illarum libidines. d. c. episcopi in prin. ꝛ c. si qs episcopus eadem. q. v. si enim ratio ipsa de qua supra istis strigimagis non conuenit verba legis ꝛ illius dispositio minus conuenire
34 debet per ea que proxime dicta sunt. eo maxime. †Quia ratio legis determinata restringit dictum legis: vt illa dũtaxat lex ipsa cõprehendat ad que ratio illa naturaliter adaptari potest: ꝛ non vltra. d. l. cum pater. §. dulcissimis. ꝛ. l. hec actio, ꝛ ibi Barto. ff. de calumnia. ꝛ. l. is qui animo. ff. de acquiren. pos. ꝛ prima distin. cõsuetudo, ꝛ no. glo. in clemen. j. de elec. ꝛ per Seminia. in. c. vbi periculum in princi. eo. titu. lib. vj. Cum autem iste sint excluse a ratione dicuntur esse excluse a legis dispositione per ea que supra dixim⁹: nec obstant exempla et autoritates quas textus inferius deducit de Paulo et Ezechiele: quia illa omnia referuntur ad sectam illã: de qua ibi non autem ad strigas siue maleficas: de quibus hic. Fateor tamen quod strige iste et malefice in quibusdam conueniunt cum mulieribus illis de quibus in. d. c. episcopi. in secunda parte in hoc. s. conueniunt quia vtraq; secta infernit diabolo, etiã illius imperio gubernatur: sed vna scienter altera ignoranter, vna decipitur, altera decipit. Conueniunt ꝛ in alio: quia quo ad effectum eterne dãnationis ita sunt dãnate ille sicut iste, ita Demones habent imperium super illis sicut super istis ꝛ eodem modo ille sunt eliminande ꝛ deiiciende extra parochias sicut iste strigimage quia omnes sunt dãnate. nõ tamen sequitur si in aliquibus cõueniunt et equiparantur: ergo in omnibus debent esse equiparate q; data diuersitate rationis datur ẽt diuersitas iuris. vt supra dixim⁹ ꝛ dicemus etiam infra eo. titu. q. xij. dum declarabitur materia poculorum siue venenorum: ꝛ vt dixi extra cõmunionem fidelium posite sunt ille sicut iste ꝛ omnes tãq; oues morbose sunt penitus a Christi fidelibus euitande ne sanas oues morbo illo inficiant. l. ij. C. de sum. tri. ꝛ. l. hi qui sanctam. C. de apostat. quia omnes sunt eiusdez diabolice religionis: sed diuerse professionis ꝛ habitus, dico animi non corporis ꝛ ordinis professe sicut monachi, ꝛ moniales xpiane religionis diuersos ordines professionis accipiunt ad vnuz tamen diuinum cultum omnes tendẽtes, ita isti dãnati diuersos ordines ꝛ ritus accipiunt ꝛ sub diuersis ordinibus ꝛ moribus diabolo inseruiunt ꝛ diuersis quoq; nominibus nuncupantur quidam sunt heretici quidam manichei alij vero apostate: alij scismatici donatiste: ꝛ similes de quibus in. l. manicheos. C. de hereti. ꝛ. l. j. ꝛ. l. hi qui sanctam. C. de apostat. ꝛ habetur per glos. Abb. ꝛ alios doc. in rub. ꝛ in. c. j. de aposta. ꝛ de scismat. ꝛ hoc est q; in effectu voluit dicere tex. in. c. excõmunicamus lo. primo. ꝛ lo. ij. in princi. extra de heret. vbi dixit. facies quidem habentes diuersas caudas autẽ adinuicẽ colligatas quia de vanitate cõueniunt in idipsum. per facies dico diuersas intellexit de diuersis ordinibus hereticorũ siue sortilegorum, per caudas adinuicẽ colligatas intellexit de vnico cultu eiusdem diabolice religionis q; omnia eorũ opera tendunt ad cultum Sathane siue in mente ꝛ intellectu siue in corpore fiant. ad hoc vi
35 de que dixi. §. in primo euidentiali huius. q. †Ille igitur mulieres de quibus in. d. c. episcopi. dicuntur proprie heretice ex quo persistunt in illo errore, putantes aliquid numinis esse in illis deabus ꝛ illas esse veras deas relicto deo saluatore nostro. vt in. c. j. de sum. trini. ꝛ. xxj. q. ij. qui sine saluatore. ꝛ. c. firmissime. de hereti. Iste vero strigimage magi ꝛ sortilegi qui scienter ꝛ ex propria malitia peccant relinquentes diuinum cultum ꝛ Christi fidem ꝛ scienter adherentes diabolo quem sciunt ꝛ cognoscunt esse diabolum infernalẽ ꝛ inimicũ dei non dicũtur proprie stricte heretice. quia nullo dicũtur errore seducte: sed potius apostate perfidie: quia scienter ppria temeritate recesserunt a fide Christi quãuis ista earũ apostasia longo tempore indurata ꝛ pertinaciter defensata transit in heresiz. vt diximus. §. titu. j. q. ij. ꝛ dicunt glo. ꝛ doc. in rub. extra de aposta. et habetur per imperatorem in. l. j. ꝛ hi qui sanctam. C. eo. tit. vbi apostate proprie dicũtur qui scienter ꝛ propria autoritate siue potius temeritate retrocedunt a fide xpiana vt habetur in. d. l. j. ꝛ in glos. rub. ꝛ in. c. j. extra eo. titu. ꝛ per. S. Tho. in secũda secũde. q. xcv. arti. v. ꝛ vj. in titu. de supersti. ad que faciunt que diximus. §. in ꝑmo euidentiali ꝛ supra etiam. q. ij. ¶ Et nota vnuz valde singulare q; istoruz apostatarũ due sunt spes: vna est que simpliciter retrocedit a fide ꝛ sequitur cultuz ꝛ obedientiã demonis: altera est que postq; Christi fidem abnegando posterganuit ꝛ deiecit ex corde suo iteruz se baptizat expresse in nomine diaboli: ꝛ aliud nomen sibi supimponit lz vtraq; species sit dãnata prior tamẽ si peccatũ suum renocat admittitur ad penitentiã ꝛ euitat penas corporales sicut heretici. vt. l. manicheos. C. de hereti. secũda vero spes nunq; admittit ad penitentiã in foro iudiciali ex qua possit euitare penas corporales etiam si milies abiuraret professionẽ illam ꝛ vellet ad Christi fidem reuerti non auditur quo ad istum effectum: ꝛ iste est tex. valde no. ad hoc in. d. l. hi q sanctã. ꝛ ibi glo. C. de aposta. eodẽ modo irremissibiliꝛ puniunt q abnegato baptismate xpiano indei effecti sũt ꝛ inter iudeos commorantur. vt in. l. j. C. de aposta. quo ad animaz vero in foro conscientie admittitur penitẽtia istoruz ab ecclesia et aliorũ quorũcũq; vt no. in. d. l. manicheos per doct. ꝛ habetur in. c. ad abolendã. ꝛ. c. firmissime de heret. per glos. in. c. excõmunicam⁹. el. ij. eo. titu. ꝛ. c. super eo. ti. lib. vj. ꝛ diximus. §. ti. j. q. v. circa finẽ: ꝛ ista sit prima differentia que reperitur inter istas quo ad nomen et
36 ordinem professionis. ¶ †Secũdo differunt in modo profitẽdi q; ille de quibus in. d. c. epi. non faciunt professionem expressam cum demone sicut iste nec credunt inseruire demoni: sed deludunt sub specie boni ꝛ propterea dicit tex. ibi qõ diabolus postq; illarũ mentem captiuatam tenet transformat se in diuersas species personarum. ¶ Tertio differunt: quia ille nulla cõficiũt sortilegia nec maleficia in humanis aut brutorum corporibus ꝛ nemini nocent nisi sibi ipsis et ꝓpterea non dicunt malefice: sen heretice, iste vero sunt deterioris conditionis: quia nocent multis per diuersa maleficia: vt latius supra vidistis in. ij. ꝛ. iij. q. ¶ Quarto discõueniũt in hoc quia nõ reperitur quod ille aliquem maleficiatũ curauerint ꝛ ipsa maleficia cõtrarijs maleficijs abstulerunt iste vero publice incũbũt cure ꝛ medelis maleficiatorũ ꝛ postq; aliquẽ dicto morbo curauerint sepius indicant maleficiantẽ saltim aliquibus indicijs. vt habetur per. S. Augu. in lib. x. de ciui. dei ꝛ in. iij. de trini. ꝛ. S. Tho. in. d. q. v. prime partis trac. q. in ti. de mira. ꝛ habetur. xxvj. q. v. nec mirum. §. necromãti. ver. adhec omnia. ¶ Quinto q; ille lz inseruiant demoni virtualiter tamẽ inseruiũt sub forma dearuz ꝛ bonorum numinum: iste vero proprio demoni sedenti in solio maiestatis cui vt vero ꝛ vnico Principi reddunt obedientiam vt supra latius diximus in. ij. ꝛ. iij. q. ¶ Sexto quia non apparet quod ille de quibus in. d. c. episcopi accedãt ad ludos: ꝛ exerceãt ibi choreas ꝛ saltationes ꝛ demum coitum carnalem habeant cum sicut iste p ea que. §. latius in hac. q. cõclusimus, ꝛ per. S. Tho. d. q. v. ¶ Septimo discordant in hoc: quia ille nulla celebrant sacrificia, nullasq; imagines offerunt, neq; baptizant, aut responsa petunt: iste vero cuncta opera huiusmodi faciunt, vt supra late vidistis in ij. ꝛ. iij. q. ꝛ in hac etiam in primo. ꝛ. ij. fundamento. ¶ Et q; sint diuersi ordinis specie differentes apparet ex diuersitate tractatuum ꝛ capitulorũ ꝛ etiam autorũ. ea enim que disponunt in. d. c. epi. decreta fuerũt in cõcilio, Aquirẽ. dispositio aũt. c. nec mirũ. sumpta fuit ex doctrina textualium. S. Aug. in lib. x. de ciui. dei. cũ igitur ex diuersis autoribus tẽporibus ꝛ causis decreta ipsa statuta fuerint superflua fuisset alterius decisio si vtrũq; eundem casum comprehenderet vel decideret contra no. in. §. quibus in prima cõstit. C. ꝛ in. c. si papa de priuileg. lib. vj. ne igitur istud inconueniẽs superfluitatis succedat dicamus q; c. epi loquatur de diuersa specie mulierum ab ista ꝛ ab illa de qua in. d. c. nec mirum maxime cuz in veritate plures reperiuntur species ꝛ diuerse professorum sub hac diabolica religione. vt. §. dictum est in primo euidentiali.
¶ De iure autem canonico distingue aut loquimur de illa prima specie sacrilegij que committitur per impositionem violente manus in clericum seu aliam personam ecclesiasticam z est pena maioris excõmunicationis. vt in. c. si quis suadente diabolo. xvij. qõ. iiij. a qua quis non potest nisi a sede apostolica liberari. episcopus enim vel alius ordinarius non habet facultatem absoluẽdi ab ista excõmunicatione vt dicunt docto. in. d. c. si quis, z per Feli. in. d. c. cum sit generale in. ij. colũ. de foro competen. fallit tamen in casib9 de quibus in. c. ij. de senten. excõmu. aut loquimur de alia specie sacrilegij que consistit in re sacra puta in corruptione vel demolitione ecclesie aut in asportatione rerum sacrarum z erit pena excõmunicationis minoris: vide tex. qui grauiorem imponit penitentiam pro isto crimine in. c. de viro. xij. q. ij. a qua per episcopum vel ordinarium loci absolui poterit. c. quisquis. §. penul. xvij. q. iiij. in alijs vero casibus minorib9 erit pena pecuniaria. vt. d. c. quisquis in pn.
9 ¶ †Grauius enim sacrilegium qõ cõmittitur in personaz est illud qõ fit per impositionem violente manus. d. c. si quis suadẽte. z. l. si quis in hoc genus. C. de episc. z cleri. ¶ Eorum vero que cõmittũtur in locis sacris grauius est illud quod cõmittitur contra ecclesiã publicam sacratam qõ tanto grauius est crimen quanto dignior et excellentior erat persona vel locus vtroq; casu. l. sacrilegi. in princ. ff. ad. l. iul. pecul. z ibi Barto. z. d. c. si quis suadente. z. d. l. si quis in hoc genus. ¶ Sacrilegium vero quod cõmittitur in rem sacram, illud quidem grauius est z magis horrendum quod cõmittitur cõtra sacramentum eucharistie: quia dicitur cõmitti contra Christuz directe: cetera vero que cõmittuntur contra alia sacramenta nõ dicuntur adeo horrenda. ita dicit. d. Joã. lec. in sum. con. eo. titu. de sortileg. q. quarta. ¶ Quero hic quid de indeo qui proiecit immũditias super crucẽ quãdo publice deferebatur ad processionẽ: duz transirent ante domũ hebrei dicte immũditie proiecte fuerunt, an istud sit sacrilegium z possit per vtrũq; iudicem procedi in hac causa contra hebreum z puniri z qua pena. dicit Pet. de ancha. quem vide in consi. suo. xiiij. quod sic de quo diximus supra tit. proximo q. x. vbi adest questio specialis. de pena vero violationis monialiũ que fit per coitum dicetur infra: sed quia non intendo hic tractare totam materiam sacrilegiorũ ne longius diuertar ab ordine prime mee intentionis que fuit declarandi materiam coitus et illius penas ideo his premissis pro aliquali intelligentia istius criminis deuenio nunc ad materiam nostram.

10 ¶ †Et dico quod grauius est sacrilegium z scelus quod cõmittitur contra personam sacram siue ecclesiasticam q̃ illud quod committitur contra loca vel bona sacra: quia sanctitas loci ordinat ad sanctitatem hominis. vt dicit. S. Thom. in sum. secũda secunde. q. xcix. articu. iij. versi. dicendũ. z Joan. lec. in sum. confes. eo. tit. de sacrileg. q. iij. per Archid. in. d. c. felicis. de pen. lib. vj. z Card. in. d. clemen. j. de pen. Ideo videamus nunc de sacrilegio illo qõ perpetratur ex coitu habito cuz moniali: z anteq̃ ad vlteriora procedã. ¶ Quero quot crimina ex coitu huiusmodi cũ moniali exoriuntur. Respond. quod tria secundum glo. in. c. virginibus. xxvij. q. j. §. sacrilegium, incestus z adulterium. tu vero dic qõ immo quatuor oriuntur, sacrilegium, incestus, adulterium z stuprum. Sacrilegiũ dico committitur: quia persona sacra lesa reperitur per violationem siue defloration em z optimum quod prius habebat priuilegium virginitatis amisit. vt dicto. ca. virginibus z eadem causa. et q. impudicas: secundum quod committitur crimen est incestus: qz sponsam dei violauit qui est pater noster z illa est cõiuncta nobis in Christo per affinitatem secundum spiritum. xij. q. ij. qui abstulit. z in. c. j. z. ij. de cog. spiritua. z glo. in. d. c. virginibus. Tertium est adulterium quia sponsam alterius violauit, quia monialis est sponsa Christi. d. c. virginibus, z ibi glos. Quartum erit stuprum: quia vere virginem honeste viuentem stuprauit. l. inter liberas. et l. stuprum. ff. de adulte. vide egregium text. in. c. si qua monacharum. xxvij. q. j. in quo fit mẽtio de vtroq;. dicitur enim quod si qua monacharum in lapsum adulterij ceciderit: aut in stupri fuerit de-

Source : BIU Cujas

11 ducta voraginem. ¶† Et licet impossibile esse videatur quod ista duo crimina stuprum ꝛ adulterium simul ꝛ semel eodem tempore et in eadem persona concurrere possint ex quo alterum presuppo nit illam esse solutam alteram vero coniugatam. d. l. si adulterium cum incestu. et. l. stuprum. ff. ad. l. iul. de adulte. ꝛ. §. item lex iulia. institu. de publi. iudi. ꝛ. l. j. C. eo. ti. Solu. verum est quod ista duo duo crimina sunt incompatibilia: ꝛ ideo vtrunq; in eadem perso na ꝛ eodem tempore concurrere non possunt. est verum vno respe ctu quando tenderent ad eundem determinatuz finem. d. l. si adul terium. ꝛ. l. stuprum. sed diuersis respectibus bene concurrere pos sunt in eadem persona: vt est in casu nostro. monialis enim quo ad carnem est vera virgo intacta: quo ad spiritum vero dicitur esse nu pta coniugio spirituali, ꝛ sponsa Christi per votum professionis sue: vnde non impeditur istorum duorum concursus, vnum in spi ritu, alterum vero in corpore siue in carne: vt late diximus supra li. precedenti. questio. vij. in princip. argumento textus in. c. excõmu nicamus. el primo. ꝛ lo secundo. in princip. de hereti. in antiq. vi de not. tex. qui loquitur de monialibus. ꝛ expresse dicit quod mo nialis per peccatum carnis committere potest stuprum ꝛ adulte rium. xxij. questio. prima. si qua monacharum.

12 ¶† Et expremissis etiam insurgit aliud dubium, nunquid ista quatuor crimina de quibus supra, quando ex vnico concubitu orta fuerunt sint quatuor crimina separata in forma et substantia: ita quod ipsorum reus possit de vnoquoq; accusari pariterq; pu niri: ꝛ pena ex vno secuta alterum non impediat ac si ex diuersis factis ꝛ cum diuersis personis facta fuissent. Respond. articulus iste in veritate est subtilis ꝛ disputabilis: quando ex eodem facto plura oriuntur crimina: an reus possit de pluribus accusari ꝛ plu ribus etiam penis puniri. glo. enim in dicto cap. virginibus: dicit quod ista dicuntur plura crimina nomine tantum. non autem ef fectualiter in substantia: et sic respectu accusationis sunt diuersa: quia reus potest de quolibet ad libitum accusantis deferri: ꝫ quo ad effectum respectu pene omnia ista reputantur pro vno, ꝛ sic se cuta pena ex vno reus ipse a ceteris liberatur: ex quo in veritate non fuit nisi vnum factum: ideo fiscus debet esse vnica pena con tentus ad similitudinem duorum pluriumve reorum pro eadem summa insolidum obligatorum quorum si vnum totaliter credi tor exegerit ceteri liberantur. l. ij. ꝛ ibi Bart. ff. de duo. reis. fa tetur tamen illa glos. quod vbicunq; ex eodem facto plura oriun tur crimina quod pena vnius magis aggrauatur ratione adiuncti criminis. vt habetur in. l. si adulterium cum incestu ꝛ ibi Barto. ff. de adulte. ꝛ. xxxij. questio. vij. quẽadmodum. §. sunt enim: sed Bar to. in dicta. l. si adulterium cum incestu in. ij. colum. in versi. vlteri⁹ quero tenuit contrarium quod reus vticq; poterit de omnibus pu niri, ꝛ sic pro vno facto pluribus ꝛ diuersis penis puniri: idez etiã tenet glo. in dicta. l. si adulterium cum incestu in versicu. occurrũt quam sequitur ibi Barto. et idem Barto. in. l. senatus. ff. de accu.

13 ꝛ clarius etiam Barto. in. l. qui de crimine. C. de accusa. † Concludens in effectu quod quotiescunq; ex eodem facto plura oriuntur crimina specie diuersa, reus poterit de pluribus separatim accusa ri ꝛ de pluribus quoq; puniri: sed si super vno fuisset in causa con clusum, adeo quod sola expectaretur pronuntiatio debebit super sederi super ipso crimine ꝛ expectari donec causa super altero expe diatur vsq; ad dictum terminum, adeo qõ quis vnica sententia du plici crimine reus declaratur et pluribus diuersis penis afficitur ꝛ satisfacere tenetur quod est veruz quãdo esset pena pecuniaria bo norum vel alia huiusmodi: non autem quando esset pena vltimi supplicij vel mutilationis membri: quia isto casu pena semel com missa et executa in corpore amplius reiterari non potest: qz mors vnica est que omnia soluit. §. deinceps in auc. de nup. ꝛ. l. vulgaris. ꝛ ibi Barto. ff. de furt. vide Barto. in dicta. l. si adulterium cuz in cestu. in. ij. colum. versic. sed quid relenat ꝛc. quibus non obstat tex. in dicta. l. senatus. ff. de accusa. vbi de homicidio ꝛ parricidio nota tus vnica duntaxat pena punitur: quia patet responsio per supra proxime dicta: nam morte semel executa non potest amplius rei terari: ꝛ ideo vnius pena vtrunq; soluit: quia de vtroq; est pena mortis. vt. l. prima. ff. ad leg. pomp. de parrici. ꝛ. l. iij. §. fi. ff. ad leg. corne. de sica. Bartol. autem in dicta. l. si adulterium cum incestu. aliter respondet ad. d. l. senatus. et dicit quod illa duo crimina de quibus ibi, non sunt eque principalia, vt principales species se parate, sed vnum est tanq; genus quod est homicidium, alterum vt species sub suo genere comprehensa: nos autem loquimur quã do sunt plures species criminum separate ꝛ eque principales licet ex eodem fonte siue ex eodem facto procedant. ꝛ hec est vera con clusio communiter approbata.

14 ¶† Que limitanda est primo procedere quando esset vnus ꝛ idez accusator qui vellet eundem reum de pluribus criminibus impe tere: quia ab vno tantum non posset diuersimode vexari ex eodẽ facto. vt supra. sed bene a pluribus. ita dicit Barto. in dicta. l. qui de crimine ꝛ ratio est illa quia exceptio rei iudicate super vno remo ueret eundem accusatorem super alio prosequentem, ꝛ hoc maxi me quando lata esset absolutoria super vno que parit exceptionẽ super alio contra eandem personam non autem contra diuersam: sed que est ratio quare potius ista exceptio remouet eundem accu satorem, ꝛ non diuersum ratio potest esse ista quam nunc conside raui: quia quando reus fuit semel absolutus ab vno crimine si idẽ accusator vellet iteruz agere super alio crimine ex eodem facto de scendente censetur calumniari velle contra ipsum accusatum: ideo iura ipsum repellunt ab accusando: quia in eo facto in quo semel succubuit non debet iterum admitti que ratio non militat contra tertium: vide Barto. in dicta. l. qui de crimine ꝛ ibi Bal. ꝛ Abb. in c. transmisse. de eo qui cog. con. vxo. sue vbi secutus fuit dictũ Bar to. in dicta. l. si adulterium ꝛc.

15 ¶† Sed quero que vtilitas resultat ex hoc quod qs possit de plu ribus criminibus specie differentibus, quãdo ex eodem facto de scendunt, accusari ꝛ puniri, quando ex quolibet crimine imponit pena mortis: vt est homicidium et parricidium: de quibus dixim⁹ supra: item adulterium ꝛ incestum. vt dicta. l. si adulterium cũ ince stu. in princip. cum mors vnica sit que omnia soluit: ꝛ est actus qui non potest de nouo reiterari. vt. l. vulgaris, ꝛ ibi Bart. ff. de furt. ꝛ diximus supra proxime. respond. Barto. in dicta. l. si adulterium ꝛc. in. ij. colum. versicu. quero quid relenat ꝛc. vbi dicit quod hoc est vtile ꝛ prodest in pluribus, ꝛ primo quia si sit lata sentẽtia absolu toria super vno poterit ab alio dico non ab eodez accusatore accu sari super alio. vt dicta. l. qui de crimine. item si sequatur condẽna toria prodest in hoc: quia sepius per statuta pena adulterij vel al terius criminis que de iure ciuili est vltimum supplicium alleniat ꝛ fit pecuniaria item prodest in hoc. quia vnius pena augetur pro pter aliud vt grauius puniatur: ita tenet glo. in dicta. l. si adulteriũ cum incestu. in princip. ꝛ ibi Barto. in dicto versi. quero quid relenat. in fi. pro quo facit in argu. tex. in. l. sacrilegi. in. ij. responso. ff.

16 ad leg. iul. pecul. † vbi si furtum fiat in loco priuatim sacro dicitur quasi sacrilegium: ꝛ punitur plusq; furtum, ꝛ minus quam sacrile gium, de quo diximus supra. in princi. istius. q. Pro resolutione igitur supradicte questionis mote per glos. in dicto. c. virginibus. dico quod glo. illa dum vult quod sint diuersa crimina respectu ac cusationis, eo quod sit in electione accusatoris super quo ex dictis criminibus velit instituere accusationem: que posq; semel institu ta est, non licet postea super alijs criminibus alias diuersas accu sationes proponere: sed in hoc male dicit, per ea que supra proxi me diximus: quia si sunt plura crimina specie differẽtia, licet de scendant ex eodem facto, possunt institui plures accusationes, et imponi plures pene: vt supra proxime dictuz est. posset saluari di ctum glo. in vno casu. s. quando lata esset sententia absolutoria su per vno ex dictis criminibus quod non liceret accusatori intenta re iudicium super alio. d. l. qui de crimine, ꝛ ibi Barto. alias dictuz glos. saluari non potest loquendo in foro iudiciali: quia etiam de iure canonico quoties ex eodem facto plura crimina oriuntur pos sunt plures accusationes institui et plures pene imponi: ita dicit expresse glos. relata ad tex. in. c. relegantes. xxiij. q. v. inversi. si adul terium. idem tenet Archid. in dicto. c. virginibus. per text. in. d. l. qui de crimine. quem ipse allegat ibi. si vero loquimur in foro con scientie prout ipsa glos. postea dicit aliud esset dicendum. scilicet quod vna pena tantum puniretur. sed grauius propter alia crimi na annexa: quia si vna sola qualitas aggrauat delictum multoma gis vnum delictum separatum aggrauat aliud delictum. hoc idez tenet Bar. post glo. in. d. l. si adulterium cum incestu.

17 ¶† Quibus sic declaratis deuenio nũc ad expeditionem questio nis nostre, ꝛ quero quibus penis punitur quis pro isto coitu habi to cuz moniali. ¶ Respond. aut loquimur in foro conscientie aut in foro contentioso canonico. aut in foro ciuili. Primo casu quan do sumus in foro conscientie est pena excommunicationis ꝛ exclu sionis a consortio aliorum professorum siue monachorum siue mo nialium: quia debent omnino ab aliorum monachorum siue mo nialium consortio expelli qui huiusmodi impudicitie se immiscue rint: et in aliquo loco arcto siue carcere ipsius monasterij intrudi ad agendum perpetuam penitentiam: ita quod in solo mortis ar ticulo si digne et congrue penituerint non negetur viaticum eu charistie. vt in. c. impudicas. ꝛ. c. virginibus. xxvij. q. j. ꝛ nota qõ nõ sunt abijciendi vel abijciende extra monasterium: ita quod vagare possint: sed intrudende vt supra ne cum alijs conuersentur tanquã ones morbose: ne alias aut totum ouile inficiant. ita not. et expres se dicit Archidia. in. c. peruenit. xxvij. questio. prima. pro quo fa cit text. in. c. in ecclesiasticis. §. fina. de maio. ꝛ obedien. quem vide ibi. Ea enim que proxime diximus habent locum in clericis. Lai ci vero excommunicantur nec vnquaz admittuntur ad communio nem fidelium nisi publicam: ꝛ idoneam de scelere ipso egerint pe nitentiã. d. c. ipudicas. ꝛ. c. virginib⁹. et ibi gl. et per Arch. in dicto

18 c. peruenit. ¶† Secundo vero casu quando sumus in foro conten tioso coram iudice ecclesiastico Clericus cuiuscunq; sit gradus vel dignitatis deponit ab oi ordine sacro ꝛ officijs ac bñficijs oĩb⁹ pri uatur: et intruditur in arctuz monasterium ad agendum perpetuã penitentiã.

Source : BIU Cujas

penitentiam. laicus vero excommunicatur. vt dicunt hec duo capitula. xxvij. questio. prima. si quis episcopus. ꝛ. c. si qua monacharum. ¶ De iure autem ciuili pro isto crimine est pena mortis. l. si quis in hoc genus. C. de epscopis et cleri. qui tex. loquitur generaliter de quacunq; iniuria illata ecclesie, monasterio vel personis ecclesiasticis quod probatur etiam ratione, nam in quolibet sacrilegio istius coitus inest adulterium ꝛ incestum, vt supra proxime conclusimus pro quibus criminibus nulli dubium est quod est pena capitis. d. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. et. l. quāuis. §. fi. C. eo. titu. vbi dicit text. sacrilegos alienarum nuptiarum gladio puniri oportet: multomagis gladio puniendus est qui est sacrilegus diuinarum nuptiarum. dicto. c. si qua monacharū. arg. c. solite. de maio. ꝛ obedien. ꝛ vide do. Joan. lec. in sum. confes. eo. ti. questio. iij. pro quo facit etiam tex. in. l. sacrilegi. in princi. ff. ad le. iul. pecul. quia hic violatur sacrum de sacro ꝛc. Sed predictis opp.
19 de. l. raptores. in fi. C. de episco. ꝛ cleri. † vbi dicitur quod siue volentibus siue nolentibus mulieribus siue sacratissimis monialib⁹ pati carnalem concubitum, in omnem euentum ille sacrilegus punitur pena capitis, ꝛ omnia eius bona publicātur que applicantur dicto monasterio et supra in casu nostro nulla est facta mentio de bonorum publicatione. Solu. illa lex procedit quando ex parte viri interuenit raptus: quia rapuit monialem de monasterio ꝛ illam postea violauit omnino punitur penis predictis ipse raptor respectu illius violentie ꝛ rapine: ex qua fit iniuria publica toti monasterio et monialibus que intus habentur. ꝛ ideo non attendit nec consideratur voluntas illius rapte: sed magis consideratur generalis iniuria monasterij. ꝛ ideo grauius punitur dictorum bonorum publicatione: nos autem loquimur quando nullus interuenit raptus: sed sola defloratio monialis occulta: de quo quidez crimine raptus et eius penis dicetur infra eo. questio. x. vbi tractabitur de raptu monialis sacre. item et mulieris prophane virginis vidue vel nupte honeste viuentium: et quid de raptu meretricis causa libidinis.

Summarium.

1 ☞ Coitus nepharius seu incestuosus qua sit punitione coercendus.
¶ Peccatum contra naturā humane societatis qō sit, ꝛ qō cōtra naturam humani sexus.
2 ¶ Peccatum contra naturam humani generis qō dicatur.
Clerici pro omni fornicatione decēnio debent penitere.
Clericus in foro iudiciali canonico deponi debet pro peccato contra naturam commisso.
3 Episcopus super adulterio ꝛ minoribus criminibus dispēsare potest ne deponatur clericus.
Adulterium simplex in clerico an puniatur pena depositiōis, aut suspensionis tantum.
4 Episcopus in quibus casibus ꝛ de quibus criminibus dispensare possit.
5 Copula carnalis nepharia in figura matrimonij habita, qualiter puniatur.
6 Ignorantia ꝛ minor etas excusant a nuptijs illicitis, ꝛ penis illicite eas cōtrahentibus inflictis.
7 Contrahētes matrimonium in gradu prohibito qualiter iure antiquo Codicis, ꝛ qualiter iure nouo authenticorū puniantur.
8 Filij ex nuptijs incestis natiā succedant in bonis parentum.
Filij incestuosi ꝛ ex coitu dānato nati, nedum successionis, sed ꝛ alimentorū sunt incapaces.
9 Alimenta de iure canonico filijs ex quātumvis dānato coitu natis non sunt deneganda.
Adulterium ꝛ incestus pari pena puniuntur.
10 Concubitus incestuosus ignoranter perpetratus qualiter, puniatur.
11 Pena quādoq; infligitur pro crimine ignoranter perpetrato.

1 SEcūdo quero quid de nefario † coitu, cum quis tam audax ꝛ proteruus reperitur, qui cum propria matre, auia seu alijs ascēdentibus linea directa, aut cum propria filia, nepte, ceterisq; descendentibus eadem linea directa ausus fuerit se carnaliter commiscere: qua pena puniendus sit. ℟ Respond. si loquimur in foro consciētie erit pro penitentia excommunicatio septem annorū: ꝛ vltra arbitrio iudicis spiritualis: vt tanto tempore extra gremium ecclesie ꝛ cōmunionem fideliuz debeat commorari donec per congruam penitentiam deo et ecclesie satisfecerit. xxxiij. questio. ij. hoc ipsum. §. j. vbi est casus. ꝛ dicit ibi tex. quod istud dicitur crimen contra naturam humane societatis. aliud est quod fit contra naturam sexus humani: quod est quando
2 quis cum masculo se cōiunxerit more sodomitico. † aliud est quod fit contra naturam humani generis: ꝛ illud est quod fit cuz brutis. que omnia puniuntur excōmunicatione vltra septēnium tanto tē pore quanto iudex ipse arbitrabitur considerata qualitate facti, personarum conditione ꝛ animo delinquentis. vt. d. c. hoc ipsum. sed ea que proxime diximus intelligūtur de laicis. Clerici vero decēnio debent penitere non solum pro isto: sed pro omni fornicatione. lxxxij. distin. presbyter. vbi dicitur quod olim presbyter ſm canones apostolorū pro fornicatione deponebatur hodie vero iuxta autoritatem beati Siluestri decem annorum indicitur penitentia cum maximis ieiunijs ꝛ abstinentia. vt ibi dicitur qua pena tā mulier que peccauit quam vir plectitur. ad hoc facit. xxvij. q. j. denotā. ¶ In foro autem iudiciali coram iudice ecclesiastico. Clericus pro isto crimine debet deponi, secundum ea que habentur in. c. at si cle
3 rici. §. de adulterijs. extra de iudic. vbi dicitur quod † Episcopus super adulterio ꝛ alijs minoribus criminibus: sicut est stuprum, simplex fornicatio ꝛ similia dispensare potest: quia pro criminib⁹ huiusmodi non datur pena depositionis: sed suspensionis vel alia minor pena. vt in. c. significasti. de adulte. ꝛ. c. vt clericorum. §. j. de vita ꝛ hone. cleri. in criminibus enim grauioribus adulterio in quibus grauiores inferuntur pene. s. depositio non licet episcopo dispensare: ita dicit tex. in. d. c. at si clerici. §. de adulterijs in fi. inver. sed non debet: sed crimē incestus est grauius adulterio. xxxij. q. vij. adulterij malum: ergo non debet suspensione: sed depositione puniri propter criminis turpitudinem. d. c. vt clericorum ꝛ hoc tenet glo. in. d. c. at si clerici. §. de adulterijs in ver. minora. in princi. ꝛ in fi. Quod videtur satis rationabile: cum per istum coitum de necessitate duo crimina perpetrantur: aut adulterium ꝛ incestum, si mulier erat nupta, aut stuprum ꝛ incestuz, si erat soluta merito debet grauiori pena puniri q̄ si vnum tantum commisisset crimen. ita tenet glo. Barto. ꝛ doct. in. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. vbi dicitur de vtroq;. Et licet ista opinio qō pro simplici adulterio sit pena suspensionis, ꝛ non depositionis sit forsan verior de iure, ꝛ magis equa ꝛ probabilis: vt latius infra dicam in sequen. q. communis tamen opi. canonistarum est in contrarium qō pro simplici adulterio in clerico sit pena depositionis: a qua opi. in iudicando non esset recedenduz. vide que dixi infra. d. q. sequen. ꝛ in. c. vt clericorum. §. j. de vita ꝛ hone. ꝛ cleri. ꝛ ibi per docto. ꝛ nihilominus morabitur extra gremium ecclesie ꝛ cōmunionem fidelium eo tem
4 pore de quo in. d. c. presbyter. lxxxij. distin. ꝛ tandiu stabit donec legitime purgatus ad pristina reuertatur officia. d. c. presbyter. et. l. distinc. ponderet: pro quo facit bonus tex. in. c. ij. de sortile. ꝛ qō ibi not. Abb. vbi depositus post peractam penitentiam ꝛ legitimam purgationem ad pristina restituitur. † Et signa hoc notabile verbuz quod episcopus super isto ꝛ alijs maioribus criminibus dispē sare non potest: de adulterio autem et alijs minoribus, sicut est stuprum ꝛ simplex fornicatio dispensare potest. vt in. d. c. at si clerici. §. de adulterijs ꝛ ibi glos. Abb. ꝛ alij scribentes. an antē episcopus possit generaliter dispensare in omnibus casibus: exceptis illis in quibus reperitur prohibitus vel dicatur esse generaliter prohibitus nec possit dispensare nisi in casibus a iure expressis. vide gl. in dicto. c. at si clerici in. §. de adulterijs, ꝛ ibi Abb. ꝛ doc. ꝛ. l. distinc. miror. xxj. q. ij. de viro cuz similibus. ¶ Laicus vero maiori anathemate excōmunicatur. xxxiij. q. ij. si quis cum matre. ꝛ in. c. si quis cū duabus. in fine. que iura loquuntur in laicis. ꝛ maior pena que indici possit de iure canonico cōtra laicos est excōmunicatio: vt in. c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. ꝛ. c. sicut dignum. de homici. et in. c. j. eo. titu. lib. vj. contra clericos vero sunt plures alie pene, suspensionis, priuationis, depositionis, ꝛ similes: vt in. c. vt clericoz. de vit. ꝛ hone. cleri. l. distinc. presbyter. xxvij. q. j. si quis episcopus. ¶ De iure autem ciuili crimen istud appellatur nefarius coitus: vt per glo. in rub. C. de incest. nup. ꝛ in authen. ex complexu eo. ti. ꝛ no. in. §. ergo non omnes insti. de nup. quasi quod nefas sit de eo
5 loqui. et isto casu distingue, † aut hec commixtio ꝛ carnalis copula interuenit in figura matrimonij, prout habetur in. d. §. ergo nō omnes. et nuptie ipse vt nefarie ꝛ inceste omnino sunt tollende. d. §. ergo. versicu. et si tales. ꝛ per glo. ꝛ docto. in dicta rub. C. de incest. nup. ¶ Puniuntur etiam alijs penis: quia si scienter contraxerunt omnia lucra nuptialia: siue sit donatio ante nuptias, siue ppter nuptias, ꝛ alia quecunq; sint, dote excepta ab ipsis coniugibus. s. ab vtroq; tanquā indigno, qui contra legum instituta nuptias prohibitas contraxit, auferuntur, ꝛ applicantur fisco. l. qui cōtra legū. C. de incestu. nup. in princi. que tamen dispositio limitanda est: vt habeat locum quando coniuges ipsi erant ambo maiores ꝛ sciēter contraxerunt contra legum decreta. Secus autē si erant minores
6 vel ignorantes. Ex quibus collige duas limitationes. † prima est quod dispositio illius legis non habet locum in ignorantibus qui ignoranter contraxerunt dummodo non sit ignorantia crassa ꝛ affectata. sed iusta ꝛ excusabilis. Secundo limita non habere locuz in minoribus qui lapsu etatis contraxerūt: quia presumunt ignari: et illis parcitur. ita dicit text. in dicta. l. qui contra. in fi. pro quo

Source : BIU Cujas

facit etiaz.l.si adulterium cum incestu.§.idem pollioni.ff.de adul. Que quidem due limitationes iterum sunt collimitande: vt habeant locum et excusent contrahentes a penis predictis si inconti nenti postꝙ habuerunt notitiam de impedimēto matrimonij vel minores postꝙ ad legitimam etatem peruenerint incontinenti se adinuicem separauerint alꝫ si vlterius permanserint in cōiunctio ne non excusantur a penis predictis: quia presumitur ꝫ habetur ac si a principio scienter et dolose contraxerint. vide tex. cum glos. in dicta.l.qui contra legum in fi. ¶Sed quero quid si alter coniugū erat minor vel ignorans: alter vero maior et sciens: qui quidē ma ior minori vel ignoranti bona quedam donauerit an ipse donatarius isto casu dissoluto matrimonio lucrabitur bona predicta vel deuoluentur ad fiscum. dic quod lucrabitur sibi. ita dicit glo. in dicta.l.qui contra. in versicu. fisco. in princip. per tex. in.l.si.ff. de leg. j. ꝫ.l.cum hic status. §.fi.ff. de dona. inter virū ꝫ vxorem. Quod tamen intellige esse verum si ipse donatarius incontinenti postquā sciuit vel peruenit ad legitimam etatē ab huiusmodi cōiugio se abstinuerit ꝫ separauerit, vt dicit tex. in.d.l.qui contra legum in fi.

7 ¶†Hec tamen que dicta sunt de publicatione bonorum procedunt de iure antiquo, siue de iure Codicis: hodie vero de iure nouissimo authenticorum grauioribus afficiuntur penis isti sciēter contrahentes in gradu prohibito, quia nedum bonis donatis de quibus supra priuantur verum etiam dote mulier et omnibus et quibuscunq; alijs bonis vndecunq; questis et prouenientibus vterq; priuatur et insuper omni cingulo dignitatis exuti perpetua notantur infamia, ꝫ honestiores in insulam relegantur viliores vero publice fustigantur et in exilium mittuntur. Bona autē ipsorum si qua legitima proles ex illis vel altero ipsorum extaret ex altero matrimonio non ex illo bona predicta omnia deferuntur ad illos quos lex a patria potestate liberauit. ita quod teneātur ex bonis predictis alere parentes exules: filijs vero non extantibus succedunt nepotes vel alij inferiores in gradu cum eodem onere nullis autem filijs vel nepotibus aut alijs inferioribus existentibus qui succedant bona ipsa deferuntur fisco ꝫ ista est lex nona ꝫ famosa in authen. de incest. nup. in principio translata. C. eo. titu. authen. incestas.

8 ¶†Sed quero quid si ex nuptijs huiusmodi incestis aliqui supersunt filij, nunquid succedent in bonis predictis paternis aut maternis: maxime non extātibus legitimis filijs ex alio matrimonio et videretur dicendum quod sic quod illis deficientibus tanquam proximioribus et magis legitimis admittantur isti ad instar fratrum vterinorum qui admittuntur ad successionē fratris defuncti deficientibus fratribus vtrinq; coniunctis. vt in authen. defuncto. C. ad tertul. Jura tamen volunt contrarium quod isti filij tāq; incestuosi, ꝫ ex dānato coitu procreati, pñe vel materne successionis sint penit⁹ incapaces. imo sunt indigni et incapaces alimentorū: ita quod a parentibus propijs alendi non sunt nec debent filij vocari. vt in authen. ex complexu. C. eodem titu. ꝫ in corpo. vnde sumitur in authen. quibus modis nat. effic. sui. §. fina. cupiunt enim iura quod filij huiusmodi sint omnibus exosi non propter se: quia ipsi non peccarunt sed in odiuz sceleris parentum in perpetua egestate sordescant ad instar filiorum rei criminis lese maiestatis. l. quisquis. ꝫ.l.fina. C. ad leg. iuli. maie. et. c. vergentis de hereti. et diximus supra titu. j. questio. iij. ¶Hec tamen procedunt de iure ci-

9 nili, quod est magis rigorosum. †de iure vero canonico filijs natis ex huiusmodi damnato coitu sunt prestanda alimenta ex misericordia et si sunt filie femine dotantur: masculis vero assignatur certa portio bonorum pro alimentis. c. cum haberet, et ibi Abb. de eo qui dux. in mat. quā pollu. per adult. ¶Secundo vero casu quando per modum fornicationis, grauius puniuntur. scilz pena mortis. vt est glo. no. in. l. si adulterium cum incestu. in. j. glo. ff. de adul. que dicit quod pena incestus est eadem pena que adulterij. † sed adulterij est pena mortis. l. quāuis adulterij. C. eo. titu. in fin. ideo eadem est pena incestus. quod tamen intellige quādo scienter coitus interuenerat. qua pena mulier punitur sicut vir. d. l. si adulterium cum incestu. in versicu. quare mulier. nec est hodie immutata hec pena: sicut pena adulterij in muliere per auc. sed hodie. C. eo. titu. ita dicit gl. in. d. l. quāuis in fi. et dicta auc. sed hodie, ꝫ ibi Bar. et idem Barto. post glo. in. d. l. si adulterium cum incestu. in princ. potest etiam adduci tex. in argu. in. l. cum vir. C. eo. titu. de adulte. vbi pro crimine perpetrato contra naturam cum masculo more so domitico infertur pena gladij cum infamia perpetua. hoc enim est crimen contra naturam humane societatis ꝫ turpissimi exempli.

10 dicto. c. hoc ipsum. ꝫ supradictum est merito ꝛc. †sed quid si iste cōcubitus fuerit ignoranter perpetratus: quia ignorabant ambo talem coniunctionem sanguinis inesse. respond. si in figura matrimonij fuit facta commixtio nulla pena puniuntur si statiz habita sciētia separantur. d. l. qui contra legum in fi. ꝫ. l. si adulterium cum incestu. §. idem Imperatores: si autem per modum fornicationis cōmixtio interuenerit aut vir sciebat mulierem esse nuptam ꝫ punitur de adulterio ꝫ incestu aut solutam ꝫ punitur de stupro ꝫ incestu criminibus: ita videtur sentire glo. in. d. l. si adulterium cū incestu. ꝫ ibi Bar. inver. ꝫ ideo pro declaranda. vbi dicit quod punitur illud quod est in veritate nō illud quod erat in opinione. Et sic nota alium casum specialem vltra illum de quo diximus supra lib. ij.

11 questio. xij. de poculo amatorio. †vbi quis punit ex crimine ignoranter ꝫ citra animum delinquendi commisso. rationem vero assignat Barto. in. d. l. si adulterium. ex quo a principio crimini incumbebat ꝫ sic rei illicite merito illius ignorantia non excusatur. l. vulgaris. §. si quis ea. ff. de furt. ꝫ. ff. de iniur. l. eū qui. §. si iniuria. Qō tamen limitandum puto nisi mulier esset aperte impudica vel meretrix publica cuius concubitus est impunibilis per iura vulgaria. vide que dixi infra proxima. q. in fi.

Summarium.

1 ☞Incestus quid sit, cum quibus committatur, et qualiter puniatur.
2 Incestus cum sorore aut cognata commissus, qua sit punitione reprimendus.
3 Clericus in foro contentioso de iure canonico pro incestu ab ordinibus ꝫ beneficijs deponitur.
4 Laicus qualiter pro incestu puniatur.
5 Crimen incestus in actu fornicationis commissus vltimo punitur supplicio.
6 Coitus incestuosus in forma matrimonij habit⁹ qualiter puniat.
7 Consanguineam meretricem ignoranter actu cognoscens fornicario non punitur de incestu.

Certio videndum est de in-

1 cestu †ppie ꝫ stricte loquendo, eo vcz quod perpetratur cum consanguineis vel affinibus transuersalibus quocunq; gradu vel sexu coniunctis ex dicta linea transuersali cuz quibus non licet contrahere matrimonium omnis coitus cum illis personis dicitur ppie incestus. vt dicit glo. in rubri. C. de incest. nup. ꝫ. l. qui contra leguz in auc. incestas. ꝫ in auc. ex complexu eo. tit. ꝫ in authen. de incest. nup. in princip. ꝫ. §. ergo non omnes institu. de nup. c. virginibus. xxvij. q. j. ꝫ. c. j. ꝫ. ij. et per totum titu. de eo qui cog. consi. vxo. sue. ꝫ hec non solum intelliguntur de his personis que sunt coniūcte cognatione legali seu ſm carnem verumetiam de his que coniuncte sunt cognatione spirituali mediantibus baptismatis seu crismatis sacramentis cum quibus etiam stante vinculo dicte cognationis non licet contrahere matrimonium. c. j. ij. ꝫ. iij. ꝫ per totum titulum de cogna. spiritua. ꝫ. xxx. q. iij. c. j. ꝫ. c. pitatium. ꝫ. c. nō opor-

2 tet cum ceteris sequentibus. Quero † nunc quid si Titius cū Julia sorore germana Emilia consobrina aut Flaminia cognata vxoris sorore rem carnalem habuerit: qua pena puniatur vtroq; foro. Respond. de iure canonico in foro conscientie secundum ius antiquum clerico indicta erat penitentia decēnalis, vt tanto tempore ab ingressu ecclesie, cōmunione fidelium ꝫ participatione sacramētorum se abstineret: post que demum purgatus ad pristina reuerteretur. lxxxij. distinc. presbyter. ꝫ. xxvij. q. j. denotam. Laicus vero septem annis dūtaxat illa penitentia cruciabatur. xxxij. qō. ij. hoc ipsum. verūtamen hodie eidem septēnali penitentie tā clerici quā laici subijciuntur. d. c. hoc ipsum, nisi essemus in grauioribus ꝫ magis enormibus vt quia cum matre filia masculo vel brutis se turpiter cōmiscerent quia grauioribus penis istis casibus cruciarētur.

3 d. c. hoc ipsum in fine. ¶†In foro autem cōtentioso de iure canonico clericus pro criminibus predictis deponitur ab omnibus sacris ordinibus ꝫ beneficijs ac officijs ecclesiasticis priuatur qz ista est pena incestus. vt no. in. c. at si clerici. §. de adulterijs. ꝫ ibi glos. Abba. ꝫ ceteri scribentes de iudic. ratio est quia istud est grauius crimen adulterio. xxxij. qō. vij. adulterij malum: sed pro adulterio imponitur suspensio. c. significauit de adul. ergo pro isto qō est magis fit depositio eo maxime qz crimē istud incestus nō pōt esse solū sed necesse est qō habeat aliud crimen annexum stupri vel adulterium ſm quod mulier est nupta vel soluta. vt. d. l. si adulterium cū incestu. ꝫ ibi glo. ꝫ Barto. qui expresse volunt qō isto casu ratione adiuncti criminis inferatur grauior pena quam si esset vnum sim-

4 plex crimen. ¶†Laicus vero aut commisit istud crimen in figura matrimonij, nuptijs precedentib⁹ aut in actu fornicationis ꝫ meri peccati. ¶Primo casu aut scienter contraxerunt ambo vel ipsorum alter ꝫ ille qui scienter contraxit est excōmunicatus nihilominus constito de consanguinitatis vinculo statim fit matrimonij separatio. c. j. ꝫ. ij. ꝫ. c. nō debet de consan. ꝫ affini. si vero ignorāter mitiꝰ puniuntur arbitrio iudicis ꝫ nihilominus sequit matrimonij separatio vt est tex. in. c. j. de cōsan. ꝫ affini. ¶Secūdo aūt casu principali qñ in actu fornicationis, si vir erat coniugatus priuatur perpetuo ne possit amplius petere debitū ab vxore cuius cōsanguineā vel affinē ipse stupravit. patitur etiā aliā penā: qz omni spe coniugij perpetuo

gñ perpetuo priuatur: ita qõ si decesserit eius uxor non poterit amplius cum alia matrimonium cõtrahere vt habetur in.c.j.t.ij.et.c. trãsmisse. de eo qui cog. consan. uxo. sue. t. xxxv. q. ij. si quis cum matre. et questio. iij. si vero. et capit. de incestis. t hec pena potius adiecta in foro conscientie quam iudiciali in quo alia etiam pena punitur. quia erit excõmunicatus vt habetur in.c. clerici. de excess. prelato. vbi Abb. facit magnuz festum dicendo quod ille tex. est valde not. ad hoc qõ iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicũ de linquentẽ peccato carnali t ista crimina ipe appellat crimina mixta
5 ex quo sunt vtriusq; foꝛi t vtriusq; penis subiiciuntur. ¶ †De iure autem ciuili pro isto crimine incestus in actu fornicationis commisso est pena mortis. glo. est no. cõmuniter approbata t ibi Bar. in.l. si adulterium cum incestu in versi. si adulterium. ff. de adulter. ad idem est glo. in.l. inter liberas. eo. tit. que dicit quod incestus pena est eadẽ que adulterij. ſz adulterij pena est pena capitis. l. q̃uis. in fi. C. eo. tit. ergo ꝛc. vide Barto. in. d.l. si adulterium cũ incestu. et ibi dicit qõ eadem pena pro incestu tam masculi quã femine puniũtur: sed est hodie immutata in muliere sicut pena adulterij per auth. sed hodie. C. de adulte. vt equiparatoꝛum idem sit iudicium vt per Bart. t doct. in.l.j. ff. de leg. j. vide Barto. in. d.l. si adulterium cum incestu in. ij. col. versi. quero quid releuat ꝛc. Eadem quoq; pena puniuntur qui cũ nepte ex fratre, vel soꝛore coitum habuerint, vel cuz amita: matertera: nouerca: socru: nuru: cõmatre: priuigna cognata t similibus mulieribus consanguinitate, vel affinitate tam naturali q̃ spirituali cõiunctis cum quibus omnibus incestus perpetrat t eadem incestus pena puniunt t mares t femine q̃uis diuersimode: vt supra proxime dictum est. d. auth. sed hodie. t hec procedũt qñ talis copula interuenit in actu fornicationis nullo precedente ma-
6 trimonio, vel nuptiarũ coloꝛe. † Si vero nuptie precesserunt et talis coitus fuit factus in forma matrimonij et scienter primo t ante omnia constito de impedimẽto consangnitatis, vel affinitatis sunt adinuicem separandi et alijs quoq; penis puniunt de quibus in.l. qui cõtra legum. C. de incest. nup. t in auth. eodem titu. in princi. de quibus late diximus. ſ. eod. q. ij. Si vero contraxerunt ignoꝛanter parcitur illis: eodem modo si erant minoꝛes tẽpoꝛe cõtracti matrimonij: quia parcitur ignoꝛantie t lapsui etatis. d.l. qui contra ꝓpe finem. Sed nota qõ ista duo prosunt ad euitandum penas. d.l. qui contra quãdo incontinenti postq̃ deuenit ad illoꝛum notitiam impedimentum predictũ, vel statim adueniente pubertate t cognouerint prohibitionem se adinuicez separauerint alꝛs si adhuc steterint insimul nõ euitabunt penas. d.l. qui contra. vide text. iuncta glo. in d.l. qui contra in fi. vbi est casus in terminis. ¶ Secundo vero casu ſcz quãdo in actu fornicationis punitur de vero incestu nec attenditur erroꝛ ille: sed factum qõ est in veritate qõ est verum ꝑm Bart. in. d.l. si adulterium cum incestu in. iij. colũ. quãdo mulier ipsa erat
7 honesta. † Si vero erat meretrix: vel aliter impudica nõ putarẽ virum pena incestus puniri si vere erat ignarus t ignoꝛantia illa erat probabilis t per consequẽs excusabilis: t hoc quia de iure ciuili accessus t illaꝛum cõcubitus est impunibilis vt. l.j. C. de concubi. t. l. que adulterium. t ibi Bal. C. de adulte. t per Bar. in.l. verum in fi. ff. de furt. t isto casu cessat ratio de qua supra proximo membro: qz ibi dabat operam rei illicite a principio, ibi non.

Summarium.

1 ☞Incestus cum consanguineis aut affinibus adinuicem cõiunctis qualiter puniatur.
2 Soꝛoꝛes duas aut matrem t filiam ignoꝛanter cognoscenti que pena imponatur.
3 Affinitas nedum ex matrimoniali coitu, sed t per fornicarium cõtrahitur concubitum.
4 Coitus incestuosus extra matrimonium habitus pena capitis expiatur.
Incestus commissus cum duabus soꝛoꝛibus meretricibus capitali pena non punitur.
5 Penam non meretur qui lege permittente aliquid operatur.
Fornicatus scienter mitius punitur iudicis arbitrio.

1 Barto quero de eo qui † vnã mulierem eiusdemq; mulieris filiam, vel duas mulieres soꝛoꝛes, germanas inter se nõ aũt viri coeuntis ita ecõuerso qñ pater t filius aut duo fratres germani idem si auus t nepos aut patruus t nepos eadẽ muliere fornicati fuerint qua pena puniunt. dic qõ de iure canonico ſz antiqua iura, si talis coitus fuerit sciẽter habitus cũ huiusmodi psonis mulieribus ignoꝛãtibus vir nunq̃ poterit cuiq̃ mulieri matrimonio copulari t erit perpetuo legitimo cõiugio priuatus: mulieres aũt que hoc ignoꝛarunt nõ priuabunt alteri cõiugio copulari si vero ecõtra mulieres cõscie sint vir autem ignarus erat ablq; maritis perpetuo maneant viro nulla cõiugij facultas admittit. si vero vtriq; oẽs erãt conscij oẽs pariformiter priuantur cõiugio. si vero omnes ignari nemo priuatur legitimis cõnubijs. tex. reperitur qui loquitur de ignaris vtriq; t scientibus similiter vtroq; mõ. xxxv. q. iij. qui propinquam. de mulieribus aũt ignaris t viro sciente t ecõtra. c. si quis cum matre t filia eadem causa t. qõ. t. c. si vero proxime
2 sequenti. ſ. de his habeꝛ etiam. xxxiij. q. ij. in lectũ. ¶ †Ignoꝛantibus vero consanguinitatem siue affinitatẽ imponitur certa penitentia ꝑ sacerdotẽ illius arbitrio pro exoneratione cõscientie: qua peracta post annos septem volentibus matrimonialiter copulari coniugia legitima non negantur. d. c. in lectum. ꝛibi glo. in versi. penitentiam. xxij. q. v. excõmunicatoꝛum. t. d. c. si quis cum duabus. xxxiij. qõ. ij. ¶ Si quis aũt fornicatus fuerit cũ muliere quã frater germanus ignoꝛans factũ postea duxit in uxoꝛẽ eo qõ frater q fornicatus fuerat prius crimen illud fratri celauit septẽ annis penite-
3 bit absq; cõiugio. xxxv. q. iij. si vero homo. ¶ †Nota tñ hoc dictuz perpetuo qõ affinitas non solum contrahiꝛ ex licito matrimoniali concubitu, verumetiã per coitum fornicariũ t illicitum. tex. est no. cum glo. in versi. cõcubitu. xxxv. q. iij. de incestis. t. c. nec eam. vñ sequitur qõ nulli ex cõsanguineis viri fornicãtis licet cõtrahere matrimonium, vel aliter se carnaliter cõmiscere cũ muliere illa cũ qua frater aut cõsanguineus eius prius fornicatus fuerat: ecõuerso etiã minime licet viro fornicanti cũ matre filia soꝛoꝛe vel alia qs consanguinea dicte mulieris contrahere matrimoniũ, vel alꝛs se carnaliter immiscere: sed ab illaꝛũ cõcubitu omnino abstinere. d. c. de incestis. ¶ Si quis aũt hoc non obstante se immiscere ausus fuerit, cõmittit incestum. t ille coitus dicit proprie incestuosus t abominabilis deo t cunctis hoibus. ita dicit tex. xxxv. q. iij. nec eam quã. t est ac si cũ vera t legitima consanguinea siue affine muliere fornicatus ect.
4 ¶ †Unde sequit qõ pro hmõi incestuoso coitu habito non in figura matrimonij, sed actu fornicario est pena capitis sicut ex proprio incestu. d.l. si adulterium cũ incestu. qõ est verum qñ scienter habuit coitum secus si ignoꝛãter. d.l. qui cõtra legum. t dixi. ſ. eo. ti. ij. t. iij. q. si vero interuenit in figura matrimonij scienter t tales coniuges subiiciunt penis de quibus in auth. incestas. C. de incest. nupt. et in coꝛpoꝛe vnde sumitur eo. tit. si aũt ignoꝛanter nõ excusantur si erat mulier honesta siue honeste vite: vt ibi dicit per Bar. latius in. d.l. si adulterium cum incestu. Si vero coitus hmõi incestuosus perficeretur cũ duabus meretricibus aut alꝛs impudicis mulieribus, non putarem illum pena mortis puniendũ esse qui hanc fornicationez fecerit sic incestuosam: sed illud procedere dũtaxat in mulieribꝰ honestis t honeste viuentibus tantũ. l. inter liberas. t. l. stupruz. ff. de adulte. ſ. item lex iulia insti. de publi. iudi. vide que supra proxime diximus in. ij. q. in fi. verbis. ad mulieres aũt impudicas cũ accessus t cõcubitus sit impunibilis de iure ciuili. l.j. C. de cõcubi. ꝛibi Bal. t idem Bald. in.l. que adulteriũ. ff. de adult. t. l. si uxoꝛ. t ibi glos. ff. eo. tit. de adulte. Bar. in.l. verum in fi. ff. de fur. propterea nõ puto
5 ignoꝛantes aliqua pena saltim de iure ciuili puniendos esse: † quia qui facit lege permittente penã nõ meretur. l. gracchus. C. de adul. l. nec in ea. ſ. ius occidẽdi. ff. eo. ti. t. l. raptoꝛes. in prin. C. de episco. t cleri. Si vero scienter fornicatus fuerit, puniendus est: sed nõ tam graui pena: ſz alia mitioꝛi iudicis arbitrio aut illa de qua in. d. auth. incestas. C. de incest. nup. t in coꝛpoꝛe vnde sumitur eo. ti. sicut enim ibi cõcubitus erat impunibilis vno respectu: scz matrimonij vinculo: sed erat alio respectu punibilis: scz respectu cõsanguinitatis vel affinitatis: ita in casu nostro coitus iste est impunibilis respectu vite impudice ipsius mulieris per iura predicta: punibilis aũt erit respectu sanguinis siue affinitatis.

Summarium.

1 ☞Fornicatus cum nouerca, nuru, socru, priuigna aut simili persona qua sit affiniendus pena.
2 Clericus cum nouerca aut cognata fornicatus deponitur.
3 Laicus cum nouerca, priuigna, nuru aut socru fornicatus, de incestu punitur.
Matrimoniũ scienter contrahentes in gradu prohibito, pena incestus puniuntur.

1 Quinto quero † quid si aliquis fornicatus fuerit cũ nouerca, socru, nuru, priuigna, cognata scz fratris uxoꝛe, vel soꝛoꝛe uxoꝛis aut cum cõmatre vna seu duabus cõmatribꝰ aut earum filiabus matre ceteriscq; personis huiusmodi affinitate cõiunctis aut affinitate spũali: vt habeꝛ in.c.j. et.c. sup eo. de cogna. spiritu. qua pena sit puniendus. dic qõ de iure canonico ꝑm ius antiquum in foro cõscientie octo annoꝛũ penitẽtia oneratur vt tandiu extra gremium ecclesie t cõmunionẽ fideliũ cõmoꝛetur t a sacramẽtis ecclesie abstinẽdi habeat necessitatẽ. xxxij. q. vij. si qs cum nouerca. t. xxxiij. q. ij. si qs cum duabus. t. xxx. q. iij. si pater et filius. t. c. si quis. de cogna. spiritu. t de consangui. et affini. c.j. ſ. inquisita vbi dicitur qõ non minus debemus abstinere a coniugio seu fornicatione affinium quã sanguine nostro cõiunctoꝛũ t ex ꝓpria consanguinitate. pro quo facit etiam. xxxv. questione. iij. qua-

Source : BIU Cujas

liter.et.c.z hoc quoq;.z.c.sane cum tribus sequentibus.vbi dicitur
qō sicut vir iungitur consanguineis pp̄rijs,ita ēt iungit cōsangui
2 neis vxoris sue.¶† De iure vero canonico in foro cōtentioso,si cle
ricus est qui in hoc crimine cecidit deponitur: quia per istū coituz
cōmittitur incestus.xxxv.questi.qualiter. et.d.c.z hoc quoq;.z.d.c.
j.§.inquisita.de consang.z affini.z alias.s.diximus in.ij.z.iij.qō.
¶Si vero sit laicus aut coitum huiusmodi habuit in figura matri
monij aut habuit in actu fornicationis si in figura matrimonij aut
scienter contraxit cum ea sciens impedimentum consanguinitatis
aut affinitatis,z matrimonium non valet ipso iure: sed debet om
nino separari z vir siue mulier qui hoc modo scienter cōtraxit per
petuo priuatur coniugio:si vero contraxerunt ignoranter ambo,
vel alter tantum ille qui ignoranter contraxit nullam patitur penā
ordinariam:sed facta separatione ipsius matrimonij que omnino
fienda est datur sibi certa penitentia iudicis arbitrio.xxxv.questio.
iij.qui propinquam.z.d.c.de propinquis.ille vero siue illa que sciē
ter contraxit priuatur perpetua spe coniugij dicto.c.si quis cuz no
uerca z si quis cum duabus.xxxij. questione.vij.et.xxxiij. questi.ij.
3 ¶† Si vero coitus iste habitus fuit in actu fornicationis z siue sciē
ter siue ignoranter id fecerint,vtroq; modo puniendi sunt de ince
stu z stupro si soluta erat,vel de incestu z adulterio si nupta erat per
ea que not.dixit Bartol.in dicta.l.si adulterium cum incestu.ff.de
adulte.et diximus supra proxima precedenti questione.z dicemus
infra.questio.sequen.¶De iure autem ciuili pena incestus ambo
puniuntur quando scienter cōtraxerunt matrimonium, que est pe
na mortis vt supra proxime diximus:z habetur in dicta.l.si adulte
rium cum incestu z ibi glo.z Barto.ff.de adulte.Si vero ignoran
ter,separantur et penas euitant predictas:dummodo cito z incon
tinenti se abinuicem separent postquam habuerunt scientiam:alis
non euitarent penas.dicta.l.qui contra legum.in fine.C. de incest.
nupt.z in aut.de incest.nupt.in prin.Aut se commiscuerūt in actu
fornicationis z isto casu non adhibetur aliqua distinctio an sciēter
vel ignoranter se ad inuicez commiscuerint.quia isto casu non pro
dest illis ignorantia ex quo dabant operam a principio rei illicite
per ea que notanter dixit Barto.in dicta.l.si adulterium cum ince
stu et diximus supra proxima questio.non tamen puto quod eadē
pena sit puniendus iste sicut ille qui scienter:vt dicemus etiam in
fra.q.sequen.z alia sequen.z habetur in.d.c.de propinquis.z.c.de
incestis.xxxv.q.iij.

Summarium.

1 ☞Adulterium,hoc est,coitus cum muliere nupta habitus qua
liter puniatur.
Clericus pro adulterio deponitur in foro cōtentioso de iure cano
nico,laicus vero excōmunicatur.
2 Adulterium committens sacrilegium perpetrare videtur matri
monium violando.
3 Clericus pro adulterio simplici hodie non deponitur.
4 Deficiens in purgatione sibi iniuncta puniri debet ac si crimē cō
tra eum plene probatum esset.
5 Episcopus cū clerico dispensare pōt in stupro,fornicatione simpli
ci z alijs minoribus criminibus.
6 Adulteriū inter minora crimina cōnumeratur.
Clericus pro peccato sodomitico penam depositionis patitur.
7 Pena delicto conmensurari debet,vt pro modo delicti sit z plaga
rum modus.
8 Vindicta seu pena ibi debet esse leuior vbi culpa precessit minor.
9 Pena minor clerico infligitur pro adulterio z alijs minoribus ꝙ
pro incestu aut sodomia.
10 Clericus pro adulterio z incestu simul cōmissis punitur pena depo
sitionis.
11 Sacrilegium largo modo z improprie committitur per adulte
rium.
12 Sacerdos ob simplex adulterium pōt deponi perpetuo ab altaris
ministerio.
13 Mulierem nuptam carnaliter cognoscens de adulterio punitur.
Concubitus meretricius a iure ciuili permissus,a iure diuino dam
natur.
14 Coniugatus concumbens cum muliere soluta de iure ciuili de stu
pro tenetur.
Cognoscens carnaliter mulierē nuptaz que antea fuerat meretrix,
an teneatur de adulterio.
15 Laicus mulierem nuptam adulterans,excōicatur,etiam si ante nu
ptias fuerit meretrix.
16 Coitus mulieris meretricio more viuentis iure ciuili est impuni
bilis.
17 Mulier que adulterium cōmisit cū aliquo,an mortuo marito pos
sit matrimonium contrahere cum illo.
18 Mulier dicitur honeste viuere si vnius tantum et nō pluriuz reci
pit amplexus.
19 Maritus vxorem accusare non potest de adulterio ante tēpus sui
matrimonij commissō.
20 Maritus non pōt aliquem iure mariti accusare de stupro cū vxore
tēpore quo eam concubinam teneret cōmisso.

Sexto declaranda succe-
dit questio † adulterij, quando quis obtinuit coi
tum mulieris nupte, qua pena puniatur.dic quod
aut sumus in foro conscientie et Laicus subijcitur
penitentie septennali.Clericus vero decem annis
penitebit.lxxxiij.distinctio.presbyter.xxvij. questione prima. de
notam.et.xxxiij.questio.ij.hoc ipsum.vbi dicitur quod clerici sicut
laici hodie illi septennali penitentie subijciuntur.
¶De iure vero canonico in foro contentioso laicus pro isto crimi
ne excommunicatur,Clericus vero deponitur. habetur in capitu.
si quis episcopus.xxvij. questione prima. idem tenet glossa.in cap.
lator.ij. questione. vij. quam sequitur ibi Archidiacon. et refert
idem tenere Goffre.in capitulo vt clericorum. de vita et honestate
clericorum.z Bernar.z Lauren.ibi: idem etiam tenet gloss.in cap.
si quis omnez prima questione.vij.que expresse dicit quod p adul
terio,vel incestu est pena depositionis. idem etiam tenet Joan.de
ana.in rubri.et in capitu.significauit.extra de adulte. Panormi.et
ceteri Moderni in dicto capitu.vt clericorum.et in capitu. perue
nit.de adulte.et clarius z copiosius in capitu.at si clerici.de iudi.et
hanc opinio.dicit Joan.de ana.in dicto capitu. significauit. quod
tenet Joan.andr.et Joan.de imo.preceptor suus in dicto capitu.
vt clericorum.vbi ipse dicit quod ista est cōmunis opinio: pro qua
facit glossa communiter approbata in capitu. maximianus.lxxxj.
distin.in quibus iuribus in effectu concluditur quod pro simplici
2 fornicatione hodie non est pena depositionis in clerico:sed dunta
xat suspensionis.pro adulterio vero aut incestu est pena depositio
nis.quibus superaddo textum in capit. si quis sacerdos.xxx. que
stione.prima.vbi dicitur quod sacerdos pro graui adulterio depo
nitur et ratio potest esse ista secundum quod dicit Salice.in.l.quā
uis.la secunda.C.de adulte.† quia per adulterium quis videtur cō
mittere sacrilegium ex quo violat matrimonium quod est sacramē
tum ecclesie.capit.debitum.de bigamis.per lesionem igitur istius
sacramenti committitur sacrilegium vt late diximus supra eodem
titulo.questione prima.et ideo lex ciuilis appellat adulterum sacri
legum alienarum nuptiarum merito mandat illum gladio puniri
dicta.l.quamuis.in fine.sed credo quod dicatur improprie sacrile
gium,maxime de iure ciuili:quia licet matrimonium sit sacramen
tum tamen nulla res sacra corporaliter tangitur:deuastatur,corrū
pitur aut asportatur.vt dicit Bartol.in dicta.l.diuus.ff. ad legem
iuliam pecu. et habetur in dicta.l.sacrilegi.in princip. eodem titu.
et late diximus supra eo. dicta questio.principali.
3 ¶† Sed aduerte quod ista opinio, quod clericus pro simplici
adulterio debeat hodie deponi,non videtur vera nec; iure proba
ri.nullus enim textus allegatus pro ista opinione probat quod cle
ricus pro simplici adulterio deponatur:contra quam arguo primo
per textum in capitulo significauit. de adulterijs.vbi clericus qui
imputabatur de adulterio contra quem mulier ipsa que passa fue
rat adulterari deponebat et erat iam orta infamia contra ipsum cle
ricum. Pontifex ibi mandat iudici ecclesiastico quod dicto pre
sbytero indicat purgationem in qua si dictus presbyter defecerit,
4 mandat illum debere suspendi et non deponi.† et clarum est quod
quotiescunq; aliquis deficit in purgatione sibi iniuncta debet pu
niri eadem pena qua puniri debebat crimine plene probato, vt in
capitu.accedens de accusatio.et per Hostien.in summa de adulter.
in princip.Ergo sequitur quod pro isto crimine plene probato nō
debet imponi maior pena suspensionis. Pro qua opinione addu
co etiam textum in capitu.at si clerici.de iudi.in principio.et.§.de
adulterijs.vbi dicitur quod pro homicidio, furto et alijs maiori
bus criminibus in quibus clericus venit deponendus Episcopus
dispensare non potest.
5 ¶† De adulterio vero et alijs minoribus criminibus sicut est stu
prum, simplex fornicatio et similia, Episcopus ad libitum suum
cum clerico penitente dispensare poterit: deinde ponitur ratio
quare Episcopus in maioribus criminibus in quibus fit deposi
tio dispensare non potest nec illos sic condemnatos ad libitum suū
tradere curie seculari, quia semel per sententiam illam depositio
nis que est perpetua priuatio ab altaris ministerio:vt dicit Abba.
in dicto capitulo.vt clericorum.et in dicto capitulo at si clerici. se
mel functus fuit officio suo nec; potest amplius illaz reuocare seu
quouis modo moderari:vt in.l.iudex postquam.ff. de re iudicata.
et dicto capitulo at si clerici. §. de adulterijs. in fine. quod non est
sic in pena suspensionis que fit ad tempus arbitrio iudicis: vt di
6 cam infra eodem questi.octaua.¶† Ex quo textu manifeste pro
batur qō adulteriū connumeratur inter minora crimina:dum dicit
ibi tex.

ibi text. de adulterio. et alijs minoribus criminibus ꝛc. ex quibus verbis demonstratur equalitas in ordine et qualitate secundum Bald. in l. ea quidem. C. de accusa. ꝛ not. in l. nomen. in fi. ff. de leg. ij. et per Barto. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. ꝛ est gl. nota. in dicto capi. at si clerici. §. de adulterijs. in versic. minora. que hoc idem tenet. ¶ Tertio hoc probo per textum in dicto capitulo vt clericorum. in princip. vbi clericus pro peccato commisso contra naturaz, scilicet per sodomiam patitur penam depositionis: quod est maximum omnium criminum que carnaliter committuntur. xxxij. questione. vij. capitu. adulterij malum. et capitu. flagitia. et xxxiij. questione. ij. hoc ipsuz. ergo in adulterio, et alijs minoribus criminibus minor pena esset inferenda: iuxta enim qualitatem facti et personarum conditionem iudex debet augere, vel minuere penam: vt dicit textus in dicto capitu. vt clericorum. in. ij. responso. et
7 in. c. sicut dignum. de homicid. † Ratio est quia pena debet cõmensurari delicto, vt pro paruis parua, pro maioribus vero grauior pena inferatur quod manifeste demonstratur ex illis verbis dum dicit textus. quod clerici qui deprehensi fuerint incõtinentie vitio laborare prout magis aut minus peccauerint puniantur. idem dicit Panormi. in dicto capitu. vt clericorum. in vltim. nota. Ergo pro adulterio quod est de minoribus criminibus: vt supra conclusum fuit debet imponi minor pena depositione puta suspensionis argumento eorum que habentur in. c. fraternitatis. xxxiij. distinctioñ.
8 Pro qua opinione facit illa ratio de qua in. c. vergentis. de heret. sumpto argumento a contrario sensu, quod † vbi minor est culpa, ibi leuior debet esse vindicta: si enim pro sacrilegio incestu nefario coitu sodomia et similibus maioribus criminibus iura imponunt depositionem per iura superius adducta, quare non est dicendum quod pro adulterio et alijs maioribus sequacibus criminibus non sit imponẽda minor pena: ab ipsa depositione certe nullam video rationẽ in Zium. Que quidẽ opinio, in veritate vt esse probabilior de iure, ꝛ magis equa eo maxime q; hodie rarissimi sunt clerici qui possint seruare regulã cõtinẽtie ꝛ castitatis, ꝛiõ propter fragilitatẽ humani gẽris inductũ est: vt clerici nõ deponant p quocũq; crimine. sed p minoribus suspendantur qñ sunt in sacris dicto capit. fraternitatis. xxxiij. distinctio. Et tenendo istam opinionem, de facili responderi potest ad iura pro contraria opinione adducta. Et primo non obstat textus in dicto capi. latore. j. questio. septima. quia nõ dicit ibi textus quod clericus pro adulterio deponatur: sed dicit qõ pro delicto corporali fit depositio: vnde aut nos volumus intellige re illum text. secundum ius antiquum: et potest esse verum qõ pro omni peccato carnali etiaz pro simplici fornicatione que minus est inferebatur depositio: vt dicto. c. fraternitatis. xxxiij. distinct. aut nos loquimur de iure nouo. ꝛ ille tex. non probat illud ad quod inducitur: quia debet intelligi de peccatis carnalibus maioribus: vt habetur in dicto capi. vt clericorum. in principio. ꝛ. xxxij. questione septima adulterij malum. et capi. flagitia. et. xxvij. questio. prima si
9 quis episcopus. † Pro adulterio vero et alijs minoribus criminibus inferenda erit minor pena, vt equalitas seruetur in omnibus secundum cuiuscq; proportionem. dicto capit. vt clericorum. in. ij. responso. vnde succedit regula illa de qua in. l. non hoc. C. vnde cogn. et in. l. natales. et ibi Bald. C. de probatio. Secundo non ob. text. in dicto capitu. si quis omnem. j. questio. vij. quia dupliciter potest ad illum text. responderi. Primo quia non loquitur de adulterio: sed de fornicatione. vnde si volumus illuz intelligere de simplici fornicatione: prout est species coitus cum meretrice, vel cõcubina aut alia muliere impudica: et isto casu loquendo secundum ius antiquũ bene loquitur quo iure fiebat dispositio pro hac simplici fornicatione: vt dicto capi. fraternitatis. xxxiij. distinctio. ꝛ supra pluries dictum fuit. aut loquitur de fornicatione prout est genus comprehendens sub se omnes species coitus: ꝛ isto casu illa pena verificari potest in maioribus criminibus non autem in minoribus dicto. c. vt clericorum. ꝛ supra proxime diximus ꝛ ideo dici nõ potest quod ille tex. concludat necessario de adulterio: ꝛ alijs minoribus criminibus. hinc est quod succedit regula predicta de qua supra: in dicta l. non hoc. C. vnde cogna. Tertio non obstat ea que dicunt per Jo. and. Jmo. Abb. Joan. de ana. ꝛ alios docto. de quibus supra: quia illorum intentio in questionibus predictis principaliter fuit velle demonstrare quod pro simplici fornicatione hodie infertur suspen
10 sio, non priuatio. † vbi autem dicunt quod pro adulterio ꝛ incestu infertur pena depositionis: fateor qõ bene dicunt quando illa duo sunt simul coniuncta: propter incestum quod est maius crimen: sed non dicunt expresse nec apparet quod voluerint clericum pro simplici adulterio deponendũ esse ꝛ quatenus hoc dixissent locuti fuissent sine lege contra. l. illam. C. de colla. et. §. consideremus. in auth. de trien. ꝛ semis. Quarto non obstant etiam glo. ille que allegantur pro alia opinione, quod ita interpretantur illa iura sic generaliter loquentia: quia non sunt legibus approbate merito non faciunt fidem: maxime in via disputatiua. Quinto non obstat textus in dicto capitu. vt clericorum. quia non exprimitur ibi in aliqua parte ipsius textus quod pro adulterio inferatur depositio: sed in principio textus loquutus fuit specialiter de crimine contra naturam, quod fit per sodomiam: et dedit penam depositionis: deinde fecit generalem dispositionem tam respectu criminum quam penaruz, que inferuntur pro criminibus carnalibus: et demum concludit qõ pene sunt commensurande delicto, secundum plus vel minus, qõ apparet ibi dum dicitur, quod clerici qui incontinentie vitio reperti fuerint laborare, prout magis, vel minus peccauerint puniãtur ꝛ isto modo declaratur ille textus potius. facit pro ista opinione, quam contraria. Non obstat etiam capitulo extenso. c. si quis sacerdos. xxx. questione prima. quia ibi non loquitur textus de simplici adulterio: sed de adulterio mixto cuz incestu. quod patet: quia ibi ille sacerdos coitum habuerat cuz filia spirituali que erat sibi agnatione spirituali coniuncta, vt in capitu. primo ꝛ secundo. de cogna. spiritu. ideo grauius punitur propter incestum secundum Barto. ꝛ docto. in l. si adulterium cum incestu. ff. de adulterijs. Non obstat etiam illud quod dixit Salic. in dicta. l. quamuis. la secunda. C. de
11 adulte. dum vult † quod per adulterium committatur sacrilegiũ, ex quo leditur sacramentum matrimonij dicto capitu. debitum. de bigamis. quia licet dicatur sacrilegium largo modo et improprie dicitur sacrilegium non aũt proprie et stricte: quia in veritate nulla fit lesio rei corporali, vel persone sacre prout requiritur de iure ciuili secundum quod declarat Barto. in l. sacrilegi in princip. ff. ad legem iuliam. pecu. et Bal. in l. ij. C. de furt. ꝛ per Azo. in summa eodem titulo. in princip. ideo non dicitur proprie sacrilegium nec pena sacrilegij ibi committitur dicto capitu. significauit. de adulte. Et per ista remanet firma supradicta conclusio quod clericus p simplici adulterio non deponitur: sed suspenditur que de facili iudicio meo sustineri potest in puncto iuris et est equior et probabilior precedenti, ideo videret potius esse seruãda quã precedẽs que videtur esse nimis rigorosa. lxxxiij. distinctio. c. presbyter. et. xxxiij. distinc. capi. fraternitatis. Nihilominus in consulendo et iudicãdo tutius est tenere aliam opinio. que est communis: quia in decisiuis a communi opinione nullatenus est recedendum secundum Bald. in l. prima. C. de edi. diui adria. tollendo: et in l. prima. C. de pena iudi. qui male. iudi. Alexan. in l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. et in l. prolatam. C. de senten. et interlocu. omnium iudi. et per Abba. in capit. canonum statuta. in fine. de constitutio. vbi ponit nonnullas exceptiones, in quibus licet quandoq; recedere a communi opinione. ꝛ hanc sequerer in iudicando.
12 ¶ † Ex quo nota quod sacerdos siue clericus in sacris ordinibus constitutus, per simplex adulterium quod commiserit deponi potest et perpetuo ab altaris ministerio remoueri, secunduz quod declarat Panormita. in dicto capitu. at si clerici. in principio in vlti. nota. quod nota contra istos presbyteros incontinentes qui alienas vxores sepius sollicitant et ad illarum concubitum libenter accedunt, quod poterunt deponi ꝛ secuta continuatione omnino priuari: dicto capi. vt clericorum. et. c. at si clerici.
¶ De iure autem ciuili aut iste concubitus fuit habitus in forma matrimonij, aut in actu fornicationis. Primo casu aut contraxerunt scienter aut ignorantia: si scienter vtrinq; de adulterio, vterq; punitur, si vero alter tantum sciebat ille qui erat conscius punitur alter non et statim dissoluit matrimoniũ: ꝛ omnia bona que sciens ignoranti donauerat, vel in dotez dederat perdit. l. eum qui duas. C. de adulte. et. l. qui contra legum. et ibi glos. et docto. C. de incest. nuptijs. fallit tamen quando ambo, vel alter erat minor: quia sibi parcitur ratione minoris etatis. dicta. l. qui contra legum in fine. ꝛ per Barto. in dicta. l. si adulterium cum incestu. si vero ignorabat mulierem: aut virum esse coniugatum excusatur etiam maior dum modo incontinenti habita notitia de impedimento se ab illa separauerit alias si post cum eadem permanserit non excusatur a penis
13 predictis dicta. l. qui contra legum in fin. ¶ † Si vero illam cognouit in actu fornicationis aut scienter: quia sciebat illam esse nuptã et tenetur de adulterio: maxime si erat mulier honeste vite. l. prima et. l. quamuis. la secunda. C. de adulterijs. si vero ignorabat et similiter punitur de adulterio quando mulier erat honeste vite nec excusatur isto casu propter ignorantiam facti quod putabat illaz esse solutam: quia quotiescunq; quis dat operam rei illicite a principio non attenditur animus illius adulterãtis et quod erat in eius opinione, sed illud quod est in veritate: ita dicit Bar. in dicta. l. si adulterium cum incestu et dixi supra titulo proximo questio. xij.
¶ Predicta tamen limitanda sunt non procedere quando mulier erat impudica, vel meretrix: quia talis concubitus est permissus a iure. l. verum. in fin. ꝛ ibi Barto. ff. de furt. l. tertia. et ibi Barto. ff. de conditio. ob turpem cau. ꝛ. l. secunda. C. de concubi.
¶ De iure tamen canonico non euaderet impunis etiam qõ mulier esset impudica aut meretrix: quia de illo iure nullus coitus extra vxorium est permissus. xxxij. questio. iiij. meretrices.
14 ¶ † Sed quero nunc si vir coniugatus habuit coitum cum muliere soluta, an ex isto coitu oriatur stuprum, vel adulterium. dic breuiter quod de iure ciuili dicitur esse stuprum vt. l. prima. et quod ibi no. C. de adul. q: ius ciuile cõsiderauit lesionẽ thori cõiugalis ꝛ san-

Source : BIU Cujas

guinis per commixtionem vxoris duntaxat, non autem viri. dicta l. prima. de iure tamen canonico secus quia siue per virum siue per vxorem violetur thorum coniugale per alienos amplexus dicitur fieri adulterium. xxxij. questio. iiij. nemo. et. c. dicat. ꝛ per Abba. in c. transiuisse: de eo qui cogno. consang. vxo. sue. in vltimo not. ꝛ in c. fina. de adulte. Iterum quero: quid si aliquis coitum carnis huiusmodi habuerit cum muliere que olim fuerat meretrix, nunc autem est coniugata, qua pena puniatur: an de adulterio, vel de simplici fornicatione. aut loquimur de iure canonico in foro ecclesiastico ꝛ mulier erat iam effecta honeste vite ꝛ conuersationis, omnesq; turpes ꝛ inhonestas conuersationes euitauerat, ꝛ sic ceperat habere nomen honeste matrone siue matrisfamilias, ꝛ coitus habitus cū illa erit punibilis de adulterio ac si nunq̄ fuisset meretrix vt. l. que adulterium in principio ꝛ que ibi nota. Bald. et Salice. C. de adulteriis. nō replico amplius nomina penarum: quia satis plene dictū est supra. Aut iam ceperat iterum meretricari et reuerti ad veterez impudicam vitam et isto casu non punitur de adulterio: sed de simplici fornicatione, que similiter est punibilis de iure canonico. xxij. questione. iiij. dicat aliquis. c. sequenti. et. c. meretrices. et dicemus infra questio. sequen. cuius pena erit solum suspensio in clerico hodie. c. fraternitatis. xxxiiij. distinctio. ꝛ late diximus supra eadez. q.

15 †Laicus autem excōmunicatur quocunq; modo illam cognouerit aut in actu fornicationis: aut in forma adulterij vt in. c. secundo. de adulte. xxvij. questione prima. si quis episcopus de quo etiam diximus supra. De iure autem ciuili si dicta mulier sit honesta ꝛ retinet nomen matris familias erit pena adulterij vt. d. l. que adult. ꝛ Bal. et Salice. hoc enim nomen matris familias de iure habet tria significata secundum glo. in. d. l. que adulterium. primo enim significat et demonstrat mulierem q̄ non viuit meretricio more sed honeste: et morigerate. secundo pro ea que filios habet vt. ff. de libe. exhibē. l. deinde. Tertio pro ea que est sui iuris: sed Salice. ibi dicit quod etiam ea que est in potestate non amittit nomen predictum. vide

16 ipsum in dicta. l. que adulterium. †Si vero inhoneste ꝛ meretricio more viueret, illius coitus de iure ciuili erit impunibilis tanq̄ coitus concubine. l. j. ꝛ. ij. C. de concub. ꝛ per Barto. in. l. verum. in fi. ff. de furt. et. l. iij. ff. de conditio. ob turpem cau. et est textus not. in l. si ea enim. C. de adulte. ꝛ dicta. l. que adulterium. in fine. vbi dicitur quod coitus habitus cum famula et vili persona non meretur puniri propter vilitatem persone siue potius vilitatem conditionis sue prout sepius accidit in istis hospitijs vbi sunt famule quedam ita vulgares quod habentur tanq̄ meretrices et cuz pluribus et diuersis personis solent habere cōmercium: vide textum ibi in fi. ꝛ Salice. ꝛ eundem Salicetum magis clare et in terminis in. d. l. si ea per textum in. l. si vxor. ff. sine. versi. sed ꝛ in ea. ff. ad legem iuliaz.

17 de adulte. ¶ †Sed quero quid si aliqua mulier commisit adulterium cum aliquo viro cum quo post mortem mariti sui matrimonium contraxit: an poterit accusari de adulterio huiusmodi post secundas nuptias contractas: ꝛ videretur dicendum quod non: quia quēadmodum filij primo nati per subsequens matrimonium legitimantur ꝛ restituuntur natalibus: vt in. c. primo. de eo qui dux. in matri. quā. pol. per adulterium. ꝛ. c. per venerabilem. et ibi doc. qui filij sint legi. lex tamen dicit contrarium quod ipsa mulier poterit accusari et puniri de adulterio quod ante contractum istud secundum matrimonium cum eodem viro commiserat: ita dicit textus. in. l. commissum. C. de adulte. Alterius quero si quis carnaliter cognouerit concubinam alterius que indubitato affectu pernum in domo sua duntaxat retinetur an vir qui illam stuprauit debeat puniri et qua pena. et videbatur dicendum quod non ex quo honesta mulier dici non potest que non veri mariti patitur amplexus tamen breuiter dicas contrarium esse verum: quia debet puniri de

18 adulterio ex quo cum illo viro honeste viuendo: †hoc est. quia nō recipit plurium amplexus, dicitur honeste viuere, nec perdit nomen honeste matrone: vt dicit gloss. in. l. si vxor. in princip. in versi. concubina. ff. de adulte. et. l. stuprum. ff. de ritu. nup. et iste est text. in dicta. l. si vxor. in principio. ff. de adulte. vbi dicitur quod viro q tenet dictam concubinam competit accusatio contra illum adulterum non iure mariti: sed iure extranei: ita dicit ibi textus gloss. tamen variauit in pena. primo enim dicit quod tenetur de stupro: deinde dicit quod tenetur de adulterio. Barto. tamen tenet ibi opiñ. illam quod de stupro puniatur et non de adulterio: quia adulteriū proprie non committitur nisi cum muliere nupta: vide Bartolum ibi. credo autem quod coitus iste improprie et largo modo loquendo dicatur adulterium: sed in penis imponendis non debemus attendere impropriam et largam significationem: sed propriam et strictam: maxime quando per illam propriam significationem fit diminutio pene: quia in dubijs ꝛc. l. de interpretatione. et. l. absentem. ff. de penis. c. quod in dubijs. de reg. iur. lib. vj. cum similibus.

19 ¶ †Quero nunc ponamus quod Pamphila sit nupta Sempronio et tempore istius matrimonij commisit adulterium cum Gaio, deinde mortuo Sempronio, ista Pamphila deuenit ad secundas nuptias, et nupsit Titio, queritur nunquid Titius poterit dictā vxorem accusare de adulterio illo quod commiserat tempore primi viri. et videtur dicendum quod sic, maxime si nondum erat elapsum quinquennium. l. quinquennium. ff. de adulte. in contrariuz tamen est veritas quod illam accusare non potest de adulterio commisso ante tempus sui matrimonij. l. si vxor. ff. si quis vxorem suam ff. de adulte. et ratio potest esse ista: quia per illud adulterium alias commissum nulla fuit illata iniuria thoro coniugali ipsius secūdi mariti nec per illud dicitur violatum dictum coniugale thorum. Idem dicendum est de stupro, si mulier dum esset virgo aut vidua stuprata fuerit ab aliquo et postea nupserit, non potest maritus illam accusare de stupro nec etiam illum stuprantem pro crimine cōmisso cum muliere antequaz esset sua vxor: quia tunc nulla fuit sibi illata iniuria: quia nullum ius habebat in ea: vt dicta. l. si vxor. ff. si quis plane. Secus autem si ea mulier erat sponsa: quia tunc poterit bene vir aut qō sit sponsus ante consummationem matrimonij aut postq̄ consummauit matrimonium dictum stuprantem ꝛ mulierem quoq; accusare de stupro ꝛ prosequi iniuriam suam dicta. l.

20 si vir. ff. si minor. in fin. eodem titu. †Idem etiam dicendum est de eo qui concubinam desponsauit et accepit in vxorem quod non poterit aliquem accusare iure mariti de stupro cum ea commisso tempore concubinatus sui: ꝛ iste est text. in. d. l. si vxor. ff. si quis vxorez. versi. quod ꝛ etenim. ff. ad. l. iul. de adul. que omnia bene nota. quia sunt vtilia ꝛ contingibilia sepe.

Summarium.

1 ☞ Stuprum quid sit, et qualiter puniatur qui stuprum perpetrat.
2 Clericus fornicationem simplicem committens qualiter puniat.
3 Clericus pro stupro in virginem commisso pecuniariter punitur iudicis arbitrio.
Laicus virginem deflorans, eam dotare, et vxorem ducere tenetur.
4 Stuprum cum libera ꝛ conditionis honeste commissum punit cōfiscatione dimidie partis bonorum.
5 Copula carnalis habita cum concubina alicuius non punitur de iure ciuili.
Stuprum cum mulieribus turpiter viuentibus eque cōmittit, at non eque punitur.
6 Coitus omnis extra matrimonium est reprobatus ꝛ punibilis.
Virginem deflorans impuberem et viri impotentem qualiter puniatur.
7 Tutor deportatur bonis publicatis qui eam cuius tutelam gessit stuprauit.
Mulier nobilis familie seruo proprio se carnaliter cōmiscens capite punitur, ꝛ seruus igne crematur.

1 Septimo videndum est de †stupro quod est alia species fornicationis, qō cōmittitur cum soluta muliere honeste viuente. l. iter liberas. ꝛ. l. stuprum. ff. de adulte. ꝛ. ff. item lex iulia instit. de publi. iudi. ¶ Quero igitur nunc que est pena istius criminis. dic quod in foro conscientie clericus olim deponebatur de iure antiquo: vt. lxxxiij. distin. presbyter, quod erat secundum canones apostolorum: idem seruabatur in simplici fornicatione: vt latius infra dicetur. hodie vero imponitur sibi penitentia decem annorum, cum illis ieiunijs disciplinis, et penitentijs, de quibus in dicto capitu. presbyter. Laicus autem habet penitentiam septem annorum. xxvij. questione prima. deuotam. et xxxiij. questione secunda. hoc ipsum vbi dicitur: quod clerici etiam hodie non excedunt metam septem annorum in penitentia predicta. In foro autez contentioso de iure canonico: dic quod clericus pro isto crimine deponitur: ita tenet Panormi. in. c. at si clerici. de iudi. et in dicto capi. vt clericorum. de vita ꝛ honestate clericorum. ꝛ

2 in. c. peruenit. in fine. de adulte. vbi in effectu concludit † quod clericus in sacris solum euadit penam depositionis quando commisit simplicem fornicationem cum muliere soluta et impudica concubina seu meretrice tunc non infertur illi alia pena q̄ suspensionis: vt ibi plenius per Abb. pro aliis vero criminibus carnalibus, excepta solum hac simplici fornicatione est pena depositionis. vt habetur. lxxxiij. di. presbyter. secunda questio. vlulatos. lxxxj. dist. maximianus: quam ius etiam pro ista simplici fornicatione continuata a qua clericus si post primam, vel secundam monitionem non diuertit poterit deponi atq; priuari: vt in capitulo ex parte ade de testibus. et in capitulo cum super. de cohabita. clerico. et mulie. Si vero ista fornicatio non esset amplius simplex, sed haberet adiunctam aliquam qualitatem, seu accidens puta adulterij stupri incestus et similium, tunc esset pena depositionis: ita dicit Abba. in dicto capitu. at si clerici. in. xiij. colum. et in dicto capi.

peruenit.

Source : BIU Cujas

peruenit: idem etiam tenere videtur Jo. de imo. in. d. c. vt clericorū. vt refert Jo. de ana. in rubr. ꝛ in. c. significauit. de adulter. Cum tamen ista sit communis opinio qō pro stupro fiat depositio a qua in decisiuis non esset recedendum vt supra dixi: tamen si quis vellet tenere contrariam opinionem facile posset per ea que supra proxime diximus in precedenti questio. † Et dicit etiam Abb. in. d. c. vt clericorum. quod pro stupro in virgine cōmisso iudex ecclesiasticus poterit imponere penam pecuniariam clerico arbitrio suo vltra alias penas spirituales quādo ille non sufficerent: quia illas nō timeret quas penas si non solueret luet in corpus arg. l. j. §. fin. ff. de peñ. ꝛ non sufficit solum dotare mulierem stupratam: quia vltra dotem tenetur etiam soluere pecuniariam aut corporalem penam. ita dicit Abb. in. d. c. peruenit. de adulte. Laicus autem de iure canonico si virginem defloruit, tenetur illam dotare, ꝛ in vxorem ducere si non erat vxoratus: ꝛ his duabus penis copulatiue punitur: si vero nollet aut non posset propter aliquod impedimentum illam ducere in vxorem vltra penam dotis constitute tenetur alia pena pecuniaria siue extraordinaria arbitrio iudicis: vt dicitur in. d. c. j. ꝛ c. peruenit. de adulte. ꝛ ibi Abb. si vero cum vidua honeste viuente stuprum commiserit punietur pena pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti ꝛ personarum conditionem. d. c. j. de adulte. vbi latius per domi. Abb. ꝛ idem Abb. in. d. c. vt clericorum. in. xij. col. ꝛ idem Abb. in. c. licet. de pe. ¶ † De iure autem ciuili pro stupro cōmisso cum muliere libera ꝛ honeste conditionis ꝛ fame: si vir sit honeste cōditionis aut in dignitate constitutus dimidie partis bonorum suorum confiscatione ꝛ relegatione temporali arbitrio iudicis punitur: si vero sit vilis persona fustigat et nihilominus in exilium mittitur: vt supra. ita dicit text. expresse in. §. item lex iulia institu. de publi. iudi. ꝛ ista est pena regularis que tamē fallit in pluribus casibus in qbus alia pena imponitur. Et primo quando mulier non esset libera sed serua: quia tunc datur domino actio legis aquilie iniuriarum, aut de seruo corrupto. l. inter liberas. ꝛ ibi Bar. ff. de adulte. l. fi. ff. de offi. presi. ꝛ. l. penulti. C. de seru. corrup.

¶ Secundo fallit licet sit mulier libera tamen si est famula aut alīs vilis conditionis existens in caupona, hospitijs: aut alīs similibus abiectis locis habenti rem carnalem cum mulieribus vilis cōditionis non imponitur ista pena: sed tenetur actione iniuriarum ppter vilitatem persone. l. que adulterium. ꝛ ibi glo. ꝛ Barto. C. de adult.

5 ꝛ Barto. in. d. l. inter liberas. ¶ † Tertio fallit in concubina retenta in domo ꝛ indubitato affectu: quia licet cum illa habere concubitum de iure ciuili absq; aliqua pena. l. ij. C. de concubi. ꝛ not. glo. in l. stuprum. ꝛ in. l. inter liberas. ꝛ ibi glo. ꝛ Barto. ff. de adulterijs.

¶ Quarto etiam fallit in publica meretrice, vel in alia muliere impudica que plures admittere solet ad eius amplexus, licet secrete agat, quia nō dicitur honeste viuere prout requirit illa lex iulia de adulterijs capi. v. d. §. item lex iulia. ꝛ ibi Joā. fabri. et per Bartol. in. l. ij. ff. de conditio. ob turpē cau. vbi concludunt doct. predicti: quod tunc mulier ipsa perdit nomen ꝛ famam honeste matrone.

¶ Contra hec oppo. de. l. stuprum. ff. de ritu nuptia. vbi dicitur qō stuprum committitur etiam cum mulieribus que turpiter viuunt, ꝛ a pluribus questuz accipiunt: dūmodo id nō palam faciant. Sol. non negatur quin cum mulieribus ipsis stuprum committatur: qz mulier soluta est ꝛ libera persona, sed delictum non est punibile cū eis factum de iure ciuili propter inhonestam vitaz licet non sint publice meretrices: tamen ex quo plures fornicantes admittūt ꝛ personam suam pluribus exponūt, dico quod accessus ad illas est impunibilis: quia non dicuntur honeste viuere. vt requirunt iura. in dicta. l. inter liberas. ꝛ. l. stuprum. ff. de adulte. ꝛ. d. §. item lex iulia.

6 ¶ † De iure tamen canonico omnis coitus preter vxorios siue matrimoniales est reprobatus et punibilis. xxxij. questio. ij. nemo. et c. meretrices. ¶ Fallit etiam ꝛ quinto regula predicta quando qs haberet coitum cum virgine impubere minore. xij. annis nondum viri potente: quia humiliores in metallum damnantur: honestiores vero in insulam deportantur. l. si quis aliquid. §. nondum. ff. de penis. quod nota quia hodie ista pena nō inuenitur correcta neq; immutata: ita dicunt docto. in. d. §. item lex iulia vbi glo. tangit.

7 ¶ Sexto etiam fallit dicta regula in tutore qui pupillam cuius tutelam gessit stupr auit: qz tutor deportatur et omnia eius bona publicantur. l. j. C. si quis eam cui tut. gesse. stup. ratio est. quia tutor datur loco patris persone principaliter ad illam nutriendum, ꝛ bonis ac honestis moribus instruendum: non autem ad stuprandum. l. ij. ff. de admi. tuto. ꝛ institu. eod. titu. in prin. ꝛ de tutel. in princip.

¶ Septimo et vltimo fallit in muliere nobilis familie que seruo pprio se carnaliter cōmiscuit: qz mulier punit pena capitis: seruus aūt igne peribit. l. j. C. de mulie. que seruis propri. se. iunxe.

Summarium.

1 ☞ Coitus contra naturam habitus triplex reperitur, ꝛ qualiter puniatur.

2 Coitus cum brutis habitus qualiter de iure canonico puniatur, et qualiter in foro contentioso, ꝛ in foro conscientie. ꝛ nu. 3.

4 Coitus cum brutis punitur pena capitis.



Etauo quero quid de coitu † habito contra naturam. dic quod istud est triplex. quoddam enim est quod fit contra naturā humane societatis. et illud est quod fit cum propria matre vel filia. de quo dictum est supra eodem titulo questio. secunda. Aliud est quod fit contra naturam sexus humani quod est quando fit cum masculo: vt. l. cum vir. C. de adult. Aliud est quod fit contra naturaz generis humani. ꝛ illud est quod fit cum brutis. c. vt clericorum. de vita ꝛ honesta. clericorum. in principio. vide que diximus supra eodem titu. dicta questio. secunda. et habetur in. c. clerici. de excessi. prelato. xxxij. questio. vij. adulterij. ꝛ. c. flagitia. et. xxxiij. questio. secunda. c. hoc ipsum. in fi. dicta. l. cuz

2 vir. ꝛ. l. fedissimam. C. de adulte. ¶ † Pro isto enim crimine de iure canonico scilicet antiquo ꝛ in foro conscientie tam in clerico, q̄ in laico pena est parificata, iniungitur penitentia temporalis vltra septennium arbitrio sacerdotis vt extra gremium ecclesie ꝛ cōmunionem fidelium vltra illud septennium tandiu commoretur donec de crimine ipso congruam egerit penitentiam arbitrio sacerdo

3 tis nunq̄ se in diuinis commiscendo. vt dicto. c. hoc ipsum. † Sed de iure canonico in foro contentioso in clerico erit perpetua depositio ab altaris ministerio, ab omni ordine sacro ac omnium beneficiorum et officiorum perpetua priuatio vt est casus in dicto capit. vt clericorum. in principio de vita ꝛ honestate clericorū. ꝛ ibi Abb. et capit. clerici. de excessi. prelato. si vero sit laicus excommunicatur et a cetu fidelium omnino expellitur. dicto. c. clerici. in fine.

4 ¶ † De iure autem ciuili pro isto crimine est pena capitis. l. cū vir. C. de adulte. contra quod crimen et eius reos, Imperator in dicta l. cum vir multum fortiter exclamat atq; irascitur propter eius summam turpitudinem dicens: iubemus insurgere leges, armari iura gladio contra huiusmodi facinorosos homines qui audent peruertere ordinem nature. et est adeo turpe scelus quod non proficit scire, ꝛ nefas quodāmodo loqui de ipso. propter quod dicit Pontifex quod venit fames, terremotus ꝛ pestilētie, ꝛ primum ira Dei in filios diffidentie vide text. in. d. c. vt clericorum. de vita ꝛ honesta. cle. ꝛ. xxxij. q. vij. adulterij maluz. c. flagitia. ꝛ. c. offerebat Loth. ꝛ. c. clerici. de excel. prela.

Summarium.

1 ☞ Fornicatio cōmissa cum muliere soluta et impudica qua puniatur pena.

2 Fornicatio an sit genus quoddam, diuersas sub se continēs species.

3 Presbyter seu clericus qualiter olim pro fornicatiōe puniebatur, ꝛ qualiter hodie.
Coitus meretricius vel alīs cum muliere impudica habitus, iure ciuili euadet impunitus.

4 Fornicans scienter cum meretrice sibi agnata, penam non euadit incestus.

5 Ualidum censetur id quod est in veritate, potius q̄ id quod est in opinione.

6 Cōcubina que dicatur legitima vt eius filij possint dici naturales.



Dno quero quid de simplici † fornicatione habita cum muliere soluta et impudica aut cum publica meretrice, que publice extat parata: qua pena huiusmodi criminis reus punitur. dic quod de iure canonico in foro conscientie propter vitium incontinentie illa septennali penitentia, vel forsan minoris sacerdotis arbitrio subijcitur. xxxiij. questio. ij. hoc ipsum. xxij. questio. j. predicandū. ꝛ. xxx. q. vj. c. adulterij. xxxij. q. iiij. c. meretrices. ꝛ. xxxvij. qō. j. c. lex illa: vbi tex. enumerat quinq; spēs criminis carnalis coitus que fiunt cū mulieribus naturaliter. vbi

2 dicitur qō licet secundū quorundam opinionem, † hoc nomen fornicatio sit nomen generis comprehendens sub se omnes species illiciti coitus de quibus supra ꝛ tunc dicitur poni vt genus comprehendens sub se omnes species predictas. xxij. questio. iij. c. meretrices. ꝛ. c. sequen. ꝛ. xxx. questio. ij. hoc ipsum prope finem. Quādoq; idem nomen fornicatio ponitur vt species qua continetur coitus habitus p virū solutū cū muliere soluta ꝛ impudica, aut cū publica

3 meretrice. ita dicit text. in. d. c. meretrices. xxxij. qō. iiij. ¶ † De iure aūt canonico in foro cōtentioso olim erat pena depositionis et priuationis in clerico. lxxxij. dist. p̄sbyter. hodie tñ est minor. s. suspēsionis aut pecuniaria vt hic arbitraria ꝛ p Abb. i. d. c. vt clericor.

Source : BIU Cujas

in.xij.col.devit.z honest.cleri. Hec enim que diximus habent locū in clerico.laicus vero aliter punitur arbitrio iudicis,quandoq; pena pecuniaria quādoq; alia.vi.do.Abb.in.d.c.vt clericorum.

¶De iure vero ciuili iste coitus meretricis,vel alterius mulieris impudice est permissus z penitus impunibilis.vt.l.j.z.C.de cōcubi.z per Bart.in.l.verum.ff.de furt.z idem Bart.in.l.iij.in princi. ff.de condi.ob turpil.cau. Sed anteq; ad vlteriora procedam non omittam notabile verbum quod dixit Salic.in.l.que adulterium.

4 C.de adulte.quod si quis † fornicatus fuerit cum meretrice q̄ erat agnata ipsius viri coeuntis incurrit penam incestus ipse vir si sciēter cōmiscuit se cum illa. Secus autem si ignorabat illam esse eius consanguineam:q; isto casu non punitur etiaz de incestu:ita tenet Sali.in.d.l. que adulterium.z ratio est quia vir non dabat operam rei illicite: sed permisse.d.l.verum.in fi.z ibi Bart.ff.de fur.z Bar. in.d.l.iij.in prin.ff.de condi.ob turp.cau.z.l.gracchus.C.de adult. ideo isto casu attenditur potius illud qō erat in opinione q̄ illud qō est ī veritate.l.j.§.diuus.z.l. diuus.z.l.ī lege cornelia.ff.ad.l.cor. de sica.qñ, vero a principio dabat operaz rei illicite tunc succedit z viget alia regula contraria de qua per Barto.in.l.si adulterium cū

5 incestu.ff.de adulte.† qō plus valet illud qō est in veritate q̄ illud qō erat in opinione.de quo late diximus.s̄.titu.proximo.qō.xj.in materia poculi abortionis z amatorij:hec tamen procedunt de iure ciuili, quo meretricis z concubine coitus est impunibilis vt supra: sed de iure canonico quo omnis concubitus preter vxorium dicit esse damnatus.xxxij.q.iiij.c.meretrices.putarem habere locum secundam regulam de qua supra z qō ignorantia nō deberet ipsuz excusare,attēto qō dabat operā rei illicite z dānabili.d.c.meretrices. pro quo facit doctrina Barto.in.d.l.si adulterium cum incestu: et quod habetur in.c.fi.de homici.lib.vj.nec excusatur propter turpitudinem vite ipsius mulieris:quia turpitudo illa verum est qō excusat virum a pena adulterij, vel stupri: non autem a pena incestus que infertur ratione sanguinis:quia per turpitudinem vite illius iura sanguinis non tolluntur:ita dicit ipse ibi quem vide et nota.

6 ¶† Et ad ea que diximus supra de cōcubina retenta in domo, nota qō ad hoc vt aliqua dicatur legitima cōcubina, que retineri possit impune de iure ciuili,z cuius filij dicantur veri naturales, z succedant patri in illis duabus vncijs ab intestato: vt in aut.qui.mo. natu.effi.sui.in prin.z in fi.plura requirunt de quibus per do.Joā. de ana.in rub.extra.de adulte.in.ij.col.

Summarium.

1 ☞ Raptus mulieris est crimen graue z valde detestabile.
2 Raptores mulierum quibus sint penis afficiendi.
3 Socius quis sit,z quis sequax,z in quibus differant.
Associans alium ad aliquem actum,censetur illi opem prestare.
4 Receptator rapte mulieris qua sit afficiendus pena.
5 Iniuria vni de domo facta,censetur toti familie irrogata.
Rapientes masculum causa libidinis qualiter puniri debeant.
6 Parentes insultati cuz consanguineis possunt licite insultātibus resistere.
Occidi non potest impune qui non reperitur in flagranti crimine.
7 Auxilium seu fauorez post factum prestans mitius punitur eo qui interfuit facto.
Auxilium z fauorem malefactori prestantium plures sunt species.
8 Consulens seu persuadens maleficium an z qua pena puniat male ficio secuto.
Consulens et persuadens an censeatur opem z auxilium maleficio prestare.
9 Quasi dictio,est improprietatis nota,sicut z verbum videtur.
Statutum penā imponēs auxiliū seu opem prestanti maleficio,nō comprehendit persuadentem seu consulentem.
10 Consulēs aut persuadens quas debeat dare penas, statuto eas nō exprimente.
Consulēs maleficium punitur etiam ipso non secuto.
11 Consulens in minoribus criminibus quas penas luat si statutum non taxet eas.
12 Consulens maleficium an puniri debeat,etiam si delinquens oīno facturus erat.
13 Argumentum a sensu contrario non valet vbi contra legem procederet.
14 Consulens qui ante delictum cōmissum reuocauit cōsilium, an teneatur facto secuto.
15 Opem ministerij z adiutorij corporaliter prestans malefactori qñ z qualiter puniatur.
16 Opem scienter prestans malefactori ante factum tenetur.
17 Opem prestans post delictum cōmissum qñ puniri debeat.
Opem prestans malefactori per viam iustitie non punitur.
18 Aduocatus cum excōmunicato participans pro cōsilio dando nō incurrit excōmunicationem.
Supplicare non licet pro damnato de crimine lese maiestatis.
Aggeres nili rumpens z cursum aquarum deuiās igni crematur.
19 Statutum dictans opem non prestandā bānitis non includit eos qui ob iustitiā, gratiam vel charitatem prestant opem.
20 Pena plurium eidem opem prestantium an sit vniformis.
21 Rapiens virginem aut viduam seu nuptam qualiter puniatur.
Ancillam aut libertinā alterius rapiens quas det penas.
22 Sponsus sponsam propriā rapiens qua pena plectatur.
23 Mulier virum causa libidinis rapiens an puniatur, et quid si vir virum.
24 Nuptie de parentum consensu procedere debent.
Puella raptori suo nubere non pōt,etiam de parentum assensu.
25 Rapiens meretricem aut alias plurium concubinam an debeat puniri.
Meretrices causa libidinis inclusas detinentes actione iniuriarum tenentur.
26 Raptor meretricis que meretricari desierat,an puniat ac si probā rapuisset mulierem.
27 Meretrix que nō plene resipuit sed secrete plurium amplexus admittit tractari adhuc potest vt meretrix.

1 ¶Decimo nunc est videndū † de raptu mulieris:quod quidem est grane z longe detestabile crimen:z iura maxime ciuilia ipsum vehementer abhorrent. qō patet ex atrocionibus penis que contra raptores ipsos eorumq; cōplices z sequaces iura statuerūt vt.l.vnica.C.de raptu virg. vbi patet quod nedum puniuntur raptores monialium sacratarum,verum etiam virginarum laicarum nuptarum z viduarum honeste viuentium ac etiam sponsarum mulierum.ita qō nō liceat ipsi sponso propriam sponsam ex domo parentum rapere seu violenter abstrahere z ad eius domum adducere z quid de viro rapiente vxorem propriam cum qua contraxerat z consummauerat matrimonium an puniatur penis de quibus in.d.l.vnica.z quid de eo qui rapuit meretricem causa libidinis aut concubinam seu aliam impudicam mulierem an comprehendatur in.l.predicta.vt illis penis subijciatur, vel alijs z quibus. ¶Pono igitur primo casum qō Titius armatus z associatus Mevio, Baio, z Sempronio ingressus fuit in monasterio sancte Catherine ex quo violenter vna cum socijs p̄dictis rapuit quandā venerabilem monialem professam sororem Luciaz nūcupatam quā sic raptam ex dicto monasterio extraxerunt illāq; duxerunt ad domum Pamphili, z duz ipsam monialem raptā adducerent in itinere occurrerunt Tyberio, Fabio, z Pompeo qui similiter prestiterunt opem z auxilium prefato Titio z illius socijs ad perducendum ipsam monialem ad domū supradicti Pāphili.

2 ¶† Queritur modo nunquid omnes isti sint pariter puniendi et quibus penis. Respon.quod ipse Titius vna cum Mevio, Baio, z Sempronio socijs in raptu pluribus penis subijciuntur.z primo quod si in flagranti crimine fuerint a parentibus cōsanguineis tutoribus curatoribus dominis,vel patronis rapte mulieris deprehensi possunt impune interfici z vltra hec capite puniuntur et omnia eorum bona publicant z applicantur dicto monasterio ex quo monialis rapta reperitur, vel in quo professa erat.l.vnica.C. de raptu virgi.quibus penis nedum ipse z eius principalis verum etiaz Mevius, Baius, z Sempronius eius socij z adherentes qui in ipo raptu interuenerunt z dicto Titio opem z auxilium prestiterūt puniuntur z perpetua oēs notantur infamia.d.l.vnica.vñ Bald.in.d.

3 l.vnica super isto verbo dicit.† nota qō differentia est inter socium z sequacem quia socius est ille qui principaliter vadit ad maleficiū propter se z sic pro interesse suo. Sequax vero est ille qui vadit propter alium z pro alterius interesse vt habetur in cle.j.de pe.vbi est glo.not.que declarat quis sit socius quis sequax:z quis ille qui dat consilium,auxilium,vel fauorem z quis illoruz dicitur grauius delinquere z maiori pena dignus existat. ¶Item nota fm eundem Bald.ibi quod eo ipso quod quis associat aliquem ad actum aliquē videtur sibi dare auxilium absq; eo quod aliquid faciat in eius fauorem quod est verum dicit ipse de auxilio fauoris non de auxilio facti quando nihil fecit.nam per hoc ille qui associatur propter associantis presentiam fit audacior z eius aduersarius efficitur timidior. ¶Ex quo infertur quod si Baius armatus associauit Titiuz ad insultandum,vel occidendum aliquem licet ipse Baius nihil fecerit sed solum instetit ibi presens armatus dicitur dedisse auxiliuz z fauorez dicto Titio ratione predicta quia ex ipsius presentia Titius insultans fit audacior,insultatus vero efficitur timidior z hoc tenet Bald.in.l.raptores.in.ij.col.C.de episco.z cle.z Sali.in.d.l. vnica.C.de raptu virgi.Adde Soci.in consi.clvij.incipiente, cōsultatio.vers.iij.Ostenditur in.ij.parte.fol.xj.vbi hoc idem tenet.

4 ¶† Sequitur in Themate quod Titius cum socijs monialem raptam in domo Pamphili introduxerunt et ibi illam tenuerunt, quero qua pena puniatur iste Pamphilus:qui raptores ipsos cuz

moniali

Source : BIU Cujas

monialí scienter receptauit. dic qꝫ pena capitis dūtaxat punitur absq; bonorū publicatione: vt. d. l. vnica. §. penas autē: vbi dicitur qꝫ illi duntaxat qui raptui interfuerūt & principali raptori assisterunt illi tribus penis puniunt. s. pena capitis, perpetue infamie & omniū bonorū cōfiscationis siue publicationis & isti oēs poterunt a parētibus cōsanguineos, tutoribus & curatoribus a dñis vel patronis mulieris rapta impune occidi si in illo flagranti fuerint deprehensi, & dicunt Bal. & Sali. in. d. l. vnica. qꝫ hec facultas siue licentia occidendi dicit cōcessa etiā filijs & nepotibus mulieris rapte licet tex. illos nō exprimat, & hec virtute eiusdē vel maioris rationis que viget in filijs & nepotib⁹ q̄ in alijs cōsanguineis & agnatis.

5 ¶ † Ex quo dicto notāt ibi Bal. & Sali. qꝫ iniuria facta vni de domo vel de familia censetur esse facta toti familie & consanguinitati & vnusquisq; poterit iniuriā suā vindicare, & ideo isto casu nullus de cōsanguinitate poterit esse testis in huiusmodi causis, hoc tamen intellige vbi esset cōsuetudo qꝫ omnes de familia siue de consanguinitate reuocare soleant ad animū suū iniuriam factā consanguineo vel alteri de familia, ꝑm Cy. in. d. l. vnica. pro quo facit tex. in. l. j. C. si rector prouin. &c. & C. si quacun. predi. potesta. l. j. ¶ Ex hoc etiā nota ꝑm Sali. ibi dum querit an facultas illa occidēdi prestita censeatur illis personis de quibus ibi cōtra raptores masculorū quādo rapiuntur masculi causa libidinis. & concludit qꝫ non nec pene illius legis inferuntur cōtra ipsos. Bal. tamen ibi tenet contrarium quod illa lex & illius pene habeant locum etiam contra rapientes masculum et dicit esse casum ibi in dicta. l. vnica. in fin. sed text. ille hoc non probat, dum enim loquitur de masculis & feminis eisdem penis puniendis: loquitur de his qui associarunt siue dederunt auxilium raptori: & sic de personis delinquentibus: non autem de illo qui passus fuit rapinam: & ideo puto opinionez Salice. & sequacium esse veriorem, maxime: quia lex illa est multum exorbitans et odiosa, vt dicit ibi Salice. bene verum est qꝫ non solum parentibus et consanguineis: verum etiam et amicis licet huiusmodi violentie & rapine resistere: & ipsos violentos raptores etiam armis propulsare atq; abijcere, cum moderamine tamen inculpate tutele, vt dicit ibi glo. in dicta. l. vnica. ¶ † Per cuius doctrinam deciditur alia questio valde notabilis. Quod quotiescunq; aliquis esset insultatus a pluribus quod parentes & consanguinei ipsius insultati, et omnes qui sunt de illius familia poterunt licite et impune insultantibus ipsis resistere & illos propulsare etiam cum armis, & si quem offenderint vel occiderint in tali propulsatione et resistentia, non tenentur de homicidio nec alia pena, dummodo id fecerint cum moderamine inculpate tutele: qz iura permittunt consanguineo consanguineum suum defendere: ita dicit Salice. in dicta. l. vnica. vbi dicit quod istud etiam tenet glos. ibi. & glos. in. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. ¶ Sequitur nunc videndum quibus penis puniūtur Tyberius Fabius & Pompeus qui Titium raptorem: & socios post commissum facinus associarunt ad domum supradicti Pamphili. & breuiter dicas quod isti puniuntur pena capitis duntaxat absq; bonorum publicatione vel infamia: dicta. l. vnica. §. penas. ¶ Et nota quod isti non possunt a parentibus & consanguineis mulieris et alijs personis de quibus ibi impune interfici vel offendi sicut alij ex quo non dicuntur comperti in flagranti crimine: qz isti post commissum crimen

7 interuenerunt. ¶ † Ex quo dicto nota hoc vnuz quod est summe notandum quod hi qui prestiterunt auxilium & fauorem malefactori post commissum crimen associando illum & illi fauendo eundemq; defendendo mitius puniūtur quam illi qui delicto siue homicidio interfuerunt licet nihil fecerint. hoc probatur in dicta. l. vnica. secundum qꝫ illam declarat Bald. ibi. et Bald. in dicta. l. raptores. C. de episco. & cleri. & Salice. in dicta. l. vnica. in versi. ceteros. in. vj. parte sui commenti in quarta colum. in princ. hoc idem expresse dicit. quibus adde domi. Soci. in consil. clvij. incipiente, consultatio ista. versicu. iij. ostenditur in secunda parte. fol. xj. vbi hoc idem tenet. quod an sit verum: simpliciter patebit ex infra dicendis. ¶ Istorum enim qui prestant auxilium & fauorem principali malefactori plures sunt species: secundum quod notat glos. in Clemen. j. de penis. & supra alias tetigi verbum eadem. q. quorum quidam dicuntur socij ipsius principalis qui principaliter vadunt propter se: quidam alij dicuntur adherentes & sequaces qui veniūt propter alium & pro alterius interesse. quidam sunt persuasores & consultores qui persuasionibus & consilijs suis: animum & audaciam prestant principali malefactori ad dictum maleficium perpetrandum. quidam alij dicuntur mandatores qui hoc mandant expresse: vt fiat maleficiuz, & hi omnes sunt diuersi: diuersisq; penis puniuntur. videamus igitur de quolibet: & vt seruemus ordinem nature. videbimus primo de his que precedūt factum hoc est que fiunt ante factum quod est consilium: & persuasio ad maleficium

8 perpetrandum. ¶ † Et ideo primo quero an persuadēs vel consulens puniatur: & qua pena facto secuto & quid si factum non fuerit completum in totum sed pro parte, & quid si nihil actum sit an persuasor & consultor puniantur & qua pena: et anteq̄ ad vltoria deueniam. ¶ Quero an ille qui consulit & persuadet dicatur prestare opem & auxiliuz maleficio, ita qꝫ si statutum imponit penam prestanti opem & auxilium malefactori siue maleficio comprehendat etiam illum qui persuadet & consulit. Salice. in dicta. l. vnica. in. iiij. colum. arguit ad partes. primo quod sic, secundum autoritatem Catholicon & quorūdam humanarum literarum professorum. demum autoritate iuris concludit qꝫ nō: quia largo sumpto vocabulo & improprie dicitur prestare opem et auxilium ille qui persuadet et consulit, et pro hoc adducit textum in lege qui seruo. in primo et secundo responso. ff. de furtis. vbi dicitur quod ille qui persuasit seruo alieno vt fugeret & furtum faceret secuta fuga & facto furto: qui persuaserat tenetur domino actiōe furti: quasi

4 tur. ¶†Hec est differentia inter vnum & alterũ: q; vnuz pertinet ad iudicem solum, alterum vero pertinet ad reum solum. s. tormẽtum. d. l. item apud labeonem. ff. questionem. nihilominus sepius solent vnum pro altero poni, vt no. in. d. ff. questionez. & v. q. v. illi qui. & per glo. in dicta. l. j. in princip. ff. ad senatusconsul. silleia.
5 ¶†Et nota hoc qõ tortura est remedium siue via extraordinaria probationis: vt dicit Bal. in. l. si quis alicui. C. ad leg. iul. maie. via enim ordinaria est illa que fit per testes & instrumenta, vt. l. sciant cuncti. C. de proba. cum similibus.

Summarium.

1 ☞Tormentorum species quot sint.
2 Torture gradus sunt quinq;.

Secundo quero quot sunt
1 †tormentorũ species. Respond. qõ multe sunt ac diuerse, vt ponunt doc. maxime practici in eorũ tractatibus. Band. in opere suo male. in ti. de questio. & tormen. Ang. de are. in suo opusculo mal. in glo. fama publica precedente. in ver. tortura. d. Fran. brun. de sancto seueri. in alio suo tract. male. de indi. & tortu. in. ij. parte. At ille, insignis doc. modernus Bonoñ. d. Hippoly. de marsi. clarius ceteris hec aperuit in egregijs commẽtarijs suis que nuper edidit super notabili titulo. ff. de questio. in. l. j. in princi. vbi ponit quatuordecim species tormentorũ oẽs diuersas, quorũ plura fuerunt ab antiquis inuenta, quedam vero nouiter ipse inuenisse asserit, prout est illud subtractionis somni qõ in veritate perquam subtili ingenij acuitate adinuentum fuit, & ego semel illud expertus fui Rome in quadã ardua causa duorũ religiosorũ: licet alio modo & faciliori illo vsus fuerim & profecto vidi ea que prius non credebã quod illud affert maximum tormentũ & fastidium in corpore absq; aliqua membrorũ lesione: vide. d. Fran. bru. in materia predicta in. d. suo trac. de indic. & tor. in. ij. parte. Alber. gandi. in eodẽ suo trac. in ti. de questio. & tormẽ. Ang. de are. in trac. mal. in gl. fama publica in materia torture. Ant. rosel. & d. Abb. in. c. cum in contẽplatione. de reg. iur. in anti. Pari. de put. in trac. quẽ edidit de syndica. in. c. tortura. el. j. cũ tribus sequẽ. d. Bonifa. de vitalli. in trac. suo mal. in. ij. parte. eundem dñm Hippo. de marsi. in practica sua Auerolda nuncupata, vbi copiose tractat de hac tortura. Bart. in. l. j. in prin. & ff. diuus. & in. l. si. ff. de questio. Bal. in. l. ij. C. quo. appella. nõ recipi. & in. l. milites. & in. l. si. C. de questio. & Sali. in. d. l. si. eo. titu. in quibus locis oẽs tractant de hac materia torture & modo torquendi. & Azo in sum. de questio. in princ. istud tñ tormentum chorde siue pendentis funiculi doc. cõiter ponũt pro magis cõi et consueto quod in se continet plures gradus timoris: doloris: et cruciatus qui adhibentur plus vel minus ꝑm qualitatẽ facti, personarum conditionem & vrgentiam indiciorum ꝑm qõ declarant
2 prefacti doc. in locis supra notatis. ¶†Ego aũt vltra alios pro faciliori notitia istius practicabilis materie consideraui quinq; esse gradus torture siue tormenti sub hac specie tormenti chorde quibus rei diuersimode cruciãtur plus vel minus, grauius aut leuius iuxta qualitatem facti, personarum cõditionem & abundantiam indiciorum: sed'anteq; ad illorum declarationem deueniam discutiam primo que sunt aut dicuntur legitima indicia et sufficientia ad torturam.

Summarium.

1 ☞Indicia que dicantur legitima ad torturam.

Indicium

Indicium duplex est.
Indicium dubitatum siue semiplenum quod dicatur.
2 Indicium plenum seu indubitatum quod sit.
3 Fama duplex est. quedam homini inherens, altera vero inter homines.
Fama homini inherens que dicatur.
Infamia quid proprie dicatur.
4 Fama inter homines dicitur rumor, seu dictum gentiuz, seu vulgi ex opinione imaginaria procedens.
Rumor quid proprie sit.
5 Suspitio est animi aliqualis applicatio ad aliqd cū titubatione.
6 Presumptio quid sit ꝛ quotuplex.
Presumptio hominis que dicatur.
Presumptio simplex iuris quid sit.
7 Presumptio facti que sit ꝛ que iuris.
Fictio quid proprie dicatur.
8 Argumentum quid sit.
9 Adminiculum vehemens quod dicatur ꝛ qō non vehemens.
Coniectura veri acceptio dicitur ex aliquibus signis extrinsecis.
10 Nescientia seu ignorantia est intellectus neq; ad verū, neq; ad falsum determinatus.
Error quid sit.
Verisimile quid dicatur, ꝛ quid non verisimile.
11 Notorium dicitur certitudo indubia rei de qua queritur fidem faciens indubiam.
12 Probatio dicitur actus rem dubiam educens in lucē cognitionis.
Euidens dicitur quod manifeste liquet.
13 Celari nulla tergiuersatione potest quod in euidenti est.
14 Manifestum quid sit, ꝛ an egeat probatione qō manifestum est.
Probatio per euidentiam facti que dicatur.
15 Manifestum ꝛ euidēs in quo differant a notorio.
16 Judex ex indicijs dubitatis ad torturam procedere non debet.
17 Indicia ad torturam legitima que dicantur.
18 Testis singularis de visu deponens indiciū facit ad torturam.
19 Tortura non est omnibus vniformiter danda.

1 TErtio quero que sint legitima † indicia ꝛ sufficiētia ad torturam. ante quorum declarationem necessariam vidēdum esse putaui quid est indiciū quid fama ꝛ quedam alia q̄ precedunt inquisitionem et torturam. ¶ Et primo dic qō indicium duplex est ꝑm Bald. in. l. ea quidem. C. de accusa. ꝛ Sand. in suo trac. malefi. in titu. de presump. ꝛ indi. dubita. ꝛ indubita. ¶ Indicium dubitatum siue semiplenum est presumptio quedam fortiter mouens animum ad aliquid credendum vel discredendum. et hoc probatur in. l. cum probatio. ff. de probatio.
2 ꝛ per Sand. in. d. titu. de presump. ꝛc. ¶ † Indicium vero plenum et indubitatum est demonstratio rei per signa sufficientia per que animus in aliquo tanq̄ improprio existente quiescit et plus inuestigare non curat, et hoc probatur in. l. indicia. C. de rei vendica. et per domi. Sand. in dicto tit. vt supra. Bal. in. d. l. ea quidem. in. ij. col. Sed quia in causis criminalibus, maxime qñ proceditur p inq sitionem necesse est, quod precedat infamia contra reum de crimine ex quo reperitur inquisitus, vt in. c. qualiter ꝛ quādo. et ibi per omnes scribentes. de accusa. ideo aliqua de fama ꝛ infamia hic inserere placuit. ꝛ dic ꝑm Bald. in dicta. l. ea quidem. in princi. quod.
3 ¶ † Fama est duplex. vna que est in homine. s. que iheret homini altera que est inter homines. ¶ Fama enim que est in homine vel que inheret homini est status illese maiestatis ac dignitatis moribus ꝛ legibus comprobatus, hoc probatur in. l. cognitionū genera. ff. de var. et extraor. cogni. cuius fame contra est infamia que sic diffinit. ¶ Infamia est priuatio fame contingentis ex accidēti preter naturā. vel sic. Infamia est deficientia stat⁹ ꝛ lesio maiestatis et dignitatis. ista videt iudicio meo q̄ sit melior diffinitio quā precedens: qz per istam declarantur oīa contraria bone fame ꝛ per id qō diffinitur vnumquodq; contrarium per eius oppositum diffinitur et reliquum, vt probatur in. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. et instit. eodem tit. in princip. et de iure perso. in prin. et de tutel. similiter in princi. ¶ Secunda dicit fama que est inter homines, q̄ predicatur de aliquo homine seu alio facto, et hec dici potest fama loquens que semper de aliquo loquitur. et ita diffinitur ꝑm Bal.
4 in dicta. l. ea quidem. ¶ † Fama est dictum gentium, seu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gentium seu vulgi procedens que probatur in. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. ꝛ sub ista diffinitione tam bona q̄ mala fama continetur. l. iij. §. idem diu⁹. ff. de testi. et hec est illa fama que est preparatoria inquisitionis nō autem prior, de qua. s. sed qz solet quādoq; non certa fama, sed rumor insurgere in populo qui est minus q̄ fama, ideo videamus qd sit iste rumor. ¶ Rumor est furiosa proclamatio gentium et strepitus multarum vocum. hoc probatur in. l. fina. ff. de heredi. insti. et. l. miles. §. mulier. ff. de adulte. et iste rumor est initium fame et minus certa dicit Bal. in dicta. l. ea quidem. Quoniam vero sunt plures gradus cognitionis quādo res est adhuc dubia anteq̄ perueniatur ad perfectam notitiam veritatis in quibus gradibus animus indicis semper remanet titubans anteq̄ perueniatur ad vltimum firme credulitatis ꝛ certe scientie finem, ꝑm notabilem doctrinaz Bar. in. l. admonendi. in. iiij. col. ff. de iureiur. ideo de ipsis gradib⁹ cognitionis aliqua breuiter declarāda putaui inter quos
5 offert se mihi suspitio, ideo quero qd est suspitio. Respō. ¶ † Suspitio est aliqualis applicatio animi ad aliquid cū vehementi titubatione, vel sic. suspitio est motus quidam mentis ad aliquid vehementi titubatione. probantur hec. ff. de testa. l. de statu. nō tamen intelligas suspitionem istam comprehendere suspitionem tutoris vt intelligatur de illa quando remouendus est a tutela vt suspect⁹ quia illa est alia species suspitionis. ita dicit Bal. in dicta. l. ea quidem. per. l. impuberibus. §. fi. ff. de suspec. tut. ¶ Post hec succurrit presumptio, videamus nunc q̄ est et quotuplex sit presumptio.
6 Respondeo. ¶ † Presumptionum plures sunt species, quedam em̄ est presumptio hoīs: alia est presumptio iuris, alia vero p̄sumptio facti, alia autem presumptio iuris ꝛ de iure, siue iuris et facti, de quibus vide late Sand. in dicto tracta. et titu. de presump. ꝛ indic. ¶ Presumptio enim hominis ꝑm Bal. ibi est quidam conceptus causat⁹ in mente ab aliqua probabili coniectura, vt. ff. de verbo. obli. l. continuus. §. cū ita. ¶ Presumptio vero iuris simplex est similitudo quedam sufficiens ad rem dubiam de qua creduntur credenda. C. de cōtrahen. ꝛ commit. stipul. l. j. ꝛ. l. iurisgentiū. §. qō
7 fere. ff. de pact. ¶ † Presumptio autem facti est cū ex facti similitudine aliquid demonstratur quod animum videntis ad illud dubitanter applicat. ¶ Presumptio vero iuris et de iure est status a iure promulgatus ex indubia coniectura. hoc probatur in. l. cum ostendimus. in fine. ff. de fideiussor. tuto. sequitur nunc videre qd sit fictio. et dic qō. ¶ Fictio est falsitas pro veritate accepta ex specialissima et iustissima causa in iure expressa, vt no. in. l. in bello. ff. de capti. et postlimi. reuer. et. l. si is qui pro emptore. ꝛ ibi late per
8 Barto. ff. de vsucap. Argumentum autem sic diffinitur. ¶ † Argumentum est propositio ex aliquibus existentibus resultans ad propositum respondendum seu concludendum, vnde quando plures indicia, vel plures propositiones siue presumptiōes testes, vel coniecture ad vnam ꝛ eandem conclusionem tendunt ad effectum aliquid probandi illa coadunatio siue copulatio ex plurib⁹ in vnū dicitur argumentum, quod est proprie collatio plurium diuersorū tendentium ad vnam et eandem conclusionem, vt in. l. iij. §. idem diuus. ff. de testi. ꝛ. l. diuus. ff. de custo. reo. ¶ Aliud indiciuz probationis siue cognitionis dicitur adminiculuz. et istud est duplex. aliud est adminiculum vehemens, aliud vero adminiculum leue,
9 siue non vehemens. ¶ † Adminiculum enim vehemens est supletio defectus probationis per se solum non operans, sed cum alia probatione cooperans. probatur hoc extra de succes. ab intesta. c. fina. et in. c. fina. de iureiurando. ¶ Adminiculum non vehemens est aliqualis pars confirmationis veri tendens ad aliquid suspendendum de defectu probationis et talia adminicula per se sola etiam plura non sufficiunt, vt. l. ij. §. primo. ff. de excusa. tuto. sequitur modo coniectura que sic diffinitur. ¶ Coniectura est acceptio seu reputatio veri ex aliquibus signis extrinsecis proueniens per que deuenitur ad verum sicut per circulum coniecturamus tabernam, dicit Bald. ibi, et per habitum distinguimus meretricem. l. item apud labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniurijs. ꝛ habetur in. c. in nonnullis, extra de iudeis. his omnib⁹ opposita sunt nescientia siue ignorantia et error que nescientia sic differunt.
10 ¶ † Nescientia siue ignorantia est intellectus non dererminans se ad verum vel falsum. Error autem est priuatio intellectus determinati ad verum ꝛ auriga tendentis ad falsum. vel sic. ¶ Error est priuatio veritatis causata in intellectu per falsam imaginationez vt probatur. ff. de testa. l. de statu. et. ff. de iurisd. om. iudicū. l. si per errorem. et. l. si quis nec causam. eodem titu. videamus nunc de verisimili ꝛ non verisimili, et dic breuiter quod. ¶ Verisimile est id quod verū videtur et est vero simile, vt. ff. de adulte. l. miles. §. mulier. ¶ Non verisimile vero dicitur, illud quod a vero est multum dissimile, vt. ff. quod metus causa. l. non est verisimile, in princip. vbi fit mentio etiam de presumptione iuris tantum siue hominis sed credo potius quod illa sit quedam leuis presumptio. Postq̄ vidimus de gradibus probationis per quos ascenditur siue peruenitur ad plenam probationem et certam fidem credulitatis videamus nūc de ipsa certitudine veritatis ꝛ quero quid est notoriū
11 generaliter. Respon. ꝑm Bal. ibi. ¶ † Notorium est communis ꝛ indubia certitudo rei de qua queritur indubiam fidem faciens, an ꝛ quando quid dicatur esse notorium et quot homines faciunt notoriū, vide Bal. ibi, qui refert quosdaz tenuisse qō maior pars populi facit notorium, et quod in aliqua villa siue parua castro minor numerus hominū, facit notoriū q̄ in ciuitate, et ideo dicit ꝑm Alber. de gandi. quod ad sciendū quot homines faciūt notorium

Source : BIU Cujas

hoc est arbitrarium: q̄ iudex arbitrabitur quod hoies faciunt notorium. de qua materia vide latissime per Cano. in d. c. qualiter et quando. de accusatio. Videamus modo quid est probatio intelligendo de plena ꝛ perfecta probatione, q̄ sic diffinitur ꝑm Bal. ibi.

12 ¶ †Probatio est actꝰ rem dubiam in lucem cognitionis educens ꝛ hoc notatur. C. de proba. in rub. et ibi Bal. Succedit altera species probationis et cognationis veritatis que dicitur euidens et manifestum. ista duo differunt inter se ꝛ differunt etiam a notorio vt infra dicam. ¶ Euidens ita diffinitur, euidens est quod manifeste liquet ꝑm Bal. in d. l. ea quidem. c. si forte. de elec. lib. vj. et est satis diuersum a manifesto ꝛ plus est quā manifestum. euidens em̄ illud est quod palam est oculis ꝛ semper apparet. ff. de contrahen. empt. l. ea que. l. non codicillum. C. de testa. et in. c. euidentia. de ac

13 cusa. j. q. j. c. vt euidenter. ¶ †Quod enim in euidenti est nulla pōt tergiuersatione celari et nullam optat probationem, extra de cohabi. cleri. et mulie. c. fi. vide que nota. per Archi. in. c. cum si forte. de elec. lib. vj. Bal. enim in dicta. l. ea quidem diffiniuit manifestū sed diffinitio sua mihi non placet. dicit enim q̄ manifestum est illud q̄ euidenter apparet. sequeretur ergo quod manifestum esset idem quod euidens ꝛ tamen est satis diuersum, vt proxime dixi, ꝛ dicam infra quod minus est manifestum quā euidens, sed ꝑm diffinitionem Bal. idem esset manifestum quod euidens, ideo putaui sic esse diffiniendum. Manifestum est demonstratio quedam ex qua vehementer animus dubius informatur ad aliquod: non ta-

14 men tollitur tota dubietas. ij. q. j. de manifesto. †ꝛ hinc est quod dicitur manifestum indiget probatione. xj. q. iij. c. eorū. euidens autem nulla indiget probatione, vt. d. l. ea que. ff. de actio. empt. vide Jo. and. in. c. constitutum. de verbo. signifi. lib. vj. et text. not. in. l. q̄m̄ sororem. C. de iure delibe. vbi de vtroq; fit mentio tamen euidens ponitur pro magis claro quam manifestum, vide do. Alber. de rosa. in. di. suo in litera. c. in ver. euidens. el primor. ij. Bal. tū in dicta. l. ea quidem. aliā ponit differentiam inter ista duo dicens q̄ euidens dicitur id solum, quod apparet per oculorum inspectionem, vt. ff. fini. regun. l. si irruptione. §. ad officium. et idem Bald. in rub. C. de probat. dicit q̄ illa dicitur probatio per euidentiam facti quando res subijcitur oculis iudicis. Manifestum autem largius dicitur. s. omne id quod nobis innotescit per quēcūq; sensum corporis. s. visum, auditum, sicut est sonus campane, aut alium sensum, vt. l. j. §. occisorum. ff. ad silleia. de quibus sensibus habetur in

15 l. eum. §. penulti. ff. de acquir. possess. ¶ †Differūt etiam ista duo ꝑm ipsum a notorio: quia manifestum vel euidens est illud quod vni tantum vel pluribus patet: notoriū autem esse non potest, nisi toti populo vel maiori parti publice innotescat, vt supra late diximus, et not. in. c. vestra. et ibi Innocem de cohabi. cleri. et mulie. ¶ Et per hec sum expedit⁹ de istis gradib⁹ seu adminiculis probationis ac de specieb⁹ plene, seu pfecte pbatiōis q̄ q̄dē gradus ꝛ adminicula pbationis a q̄busdā appellant indicia nō plena et dubitata per q̄ animꝰ iudicis deducit q̄ñq; in suspitionem q̄ñq; vero in opinionez q̄ magis est propinqua indubitate fidei q̄ suspitio ꝑm

16 Bar. in dicta. d. l. admonendi. ff. de iureiur. †Ex quib⁹ tamen indicijs dubitatis non datur iudici indubia fides ꝛ firma credulitas sed quedam suspitio quandoq; ex qua iudicis mens satis dubia reperitur. et isto casu non facile deueniendum est ad torturam, maxime si persona sit honeste cōditionis: quia ista suspitio est primus gradus probationis ꝛ minus quā semiplena probatio ꝑm Barto. in dicta. l. admonendi. in glo. magna. Quandoq; vero indicia sunt talia que adducunt animum iudicis in opinionem que est secūdus gradus probationis ꝑm Barto. ibi. ex qua animus iudicis multū dependet in illa parte, non tamen est plene certus. et ideo isto casu deueniri solet ad torturam que datur in supplementum probationis in causis criminalib⁹ quando veritas aliter haberi non potest vt per Barto. in. l. fin. ff. de questio. q: tormentum illud fuit inuentum causa necessitatis ꝛ in supplementū probationis, vt dixi quotiescūq; reus est valde suspectus contra quem laborant indicia, vt dicit Panor. in dicto. c. cū in contemplatione. in princip. de regu. iur. et Bald. in. l. ij. C. quorū appel. non recip. idem Bal. in. l. milites. ꝛ. l. fi. C. de q̄stio. Barto. in. l. j. in princ. ꝛ. §. diuus. ꝛ. l. fi. ff. de q̄-

17 stio. ¶ †Que aūt dicunt esse legitima indicia, dic quod illa sunt q̄ sunt proxima facto, q̄ quanto propinquiora sunt tanto sunt meliora. l. j. §. preterea. ꝛ. l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄stio. ꝛ ibi p Do der. Que autez indicia dicantur esse sufficientia ad torturam certa regula tradi non potest, sed hoc relinquitur arbitrio et discretioni boni iudicis ꝑm quod dicit Azo. in dicta summa de questioni. vbi dicit quod non debet iudex reo adhibere tormenta quanta accusator exposcit, sed quanta moderate rationis temperamenta desiderant: idem dicit Bart. in. d. l. fi. ff. de q̄. in princip. dicit tamen Ab. in. d. c. cū in cōtemplatione. q̄ licet super hoc an ꝛ q̄ñ indicia dicantur esse sufficientia ad torturam certa regula tradi non possit arg. l. testiū. §. tu magis. ff. de testi. ꝛ. l. de minore. §. fi. ff. de q̄sti. ta-

8 men dicit q̄ omnes docto. tenent †q̄ vnus testis de visu facit indicium ad torturam, intellige tu quod sit testis fidedignus non suspectus et omni exceptione maior ꝑm quod dicit Bart. in. d. l. fi. ꝛ Bal. in. d. l. ij. ꝛ ita communiter tenent doct. Bonus itaq; ꝛ discretus iudex cūcta circunspiciet, ꝛ iuxta criminis qualitatem facti cōtingentiam conditionem persone ꝛ abundantiam indiciorum considerabit, an ad torturam ipsam deueniendum sit, ꝛ casu quo ad illam deueniri contingat iterum mature considerare debet qua gra uitate, leuitate, vel moderamine veniat inferēda, iuxta notata per Azo. in dicta summa de questio. scz quantum moderate rationis

19 temperamenta desiderant. †aliter enim sunt torquēdi iuuenes robusti, ꝛ alio modo debiles delicati vel senes: alio modo rustic⁹ vel miles ꝛ alio modo ciuis, alio modo nobilis, ꝛ alio modo ignobilis ꝛ plebeus. l. de minore. §. tormenta. ff. de questio. ꝛ. l. j. §. fi. eo. titu. Bart. in. d. l. fi. eo. titu. Bald. in. d. l. ij. C. quo. appella. non recip. ꝛ idem Bal. in. l. milites. ꝛ. l. fi. C. de questio. Abb. in. d. c. cum in cōtemplatione. de regu. iur. in antiq.

Summarium.

1 ☞ Torture gradus sunt quinq; et qualiter cognoscantur et inferantur.
Gradus primus torture quis sit.
2 Confessio rei facta in preparatorijs tormentorū dicitur facta metu, ideo ratificatione eget.
3 Tortura largo modo sumpta quid sit ꝛ vnde dicatur.
Torture primus gradus, scz terror quibus inferri possit.
4 Torture gradus secundus quis sit.
5 Tortura leuis que dicatur, ꝛ an vere sit tortura.
Tortus leuiter potest grauius torqueri militantibus indicijs legitimis.
6 Priuilegiati ne possint torqueri tormento secundi gradus torture poterunt supponi.
7 Febricula leui laborans non excusatur quominus teneatur cōparere citatus.
Confessio facta in leuibus tormentis ratificatione indiget.
8 Torture tertius gradus dicitur cum per spacium dicendi vnū Misserere, reus suspensus detinetur.
9 Torture gradus quartus quis sit.
10 Torture quintus gradus quis dicatur.
11 Torture gradus vltimus in quibus applicetur criminibus.
12 Complexionum diuersitas multa in sustinendis tormentis.
13 Mesites lapis potus facit vt dolorem nullum sentiat tortus.
Remedia que verbis fiant, ne torti dolorem sentiant.
14 Fur quidam Rome quibus remedijs contra torturā fuerit vsus.
15 Tortus quidam dicens, de lacte beate virginis Marie dolorē nullum sentiebat.
16 Remedia que fieri possint aduersus maleficia taciturnitatis.

Quarto nuncvidēdum est

1 †de istis quinq; gradibus torture de quib⁹ supra fit mentio qūo cognoscuntur ꝛ qualiter inferūtur. Respondeo declarando primū gradū incipiemus a minori vel infimo ascendendo veluti per gradus scalarū reducēdo materiā ad practicā dico q̄. ¶ Prim⁹ siue ifim⁹ gradus torture est territio illa quā infert iudex reo q̄ñ illū cognoscit suspectū: tū indicia nō adsunt talia vt torq̄ri possit. isto casu iudex mandat q̄ñq; reū ipsum spoliari ligariq; ꝛ in ordine poni, ac si vere torquēdus esset ꝛ q̄ñq; ligari mandat ad funiculū, ita vt nihil aliud deficiat q̄ sola eleuatio, ꝛ hoc fit ad incutiendū timorē reo vt facili⁹ fateat stantib⁹, maxime iudicis persuasionib⁹. Et ista ꝓprie nō dicit tortura: q: vere corp⁹ nō torquet nec sentit dolorē, sed potius est quidā mētis timor, ꝑm Bal. in. d. l. ij. quo. app. ꝛc. ꝛ in. l. ij.

2 C. de cōfes. vbi dicit †q̄ cōfessio facta a reo in istis ꝓparatorijs tormentorū cū sit facta ꝛ extorta ꝓpter timorē tormentorū indiget ratificatione ac si facta fuisset in plenis tormētis, aliasnū q̄ sufficeret ad q̄dēnationē. vide Ange. ꝛ Sali. in. d. l. ij. ꝛ Sali. in. l. fi. C. de q̄. Bar. in. l. j. §. si qs vltro. ff. e. ti. vide no. tex. in. l. ij. C. de custo. reo. q loquit ꝓprie de hac ratificatione q̄ fit apud acta sub publico testimonio, ꝛ dicit Imperator ibi q̄ isto modo freni quidē tēperies iudicib⁹ immodice seuientibus adhibet. Iste aūt actus vt dixi nō pōt dici ꝓprie tortura vt ꝓxime diximus. sed appellat ꝓprie terri-

3 tio siue terror tormētorū. ¶ †Largo vo sumpto vocabulo ꝛ ipropprie posset dici tortura, put q̄dam descripserūt hoc nomē tortura, q̄ dicit a terrendo, sed isto modo terret, ergo ꝛc. vel dicas q̄ lz corp⁹ vere non torqueatur animus tamen bene torquet, ꝛ timoris patit cruciatū ꝛ sic largo modo dici pōt tortura. ¶ Et no. q̄ iste terror siue primus gradus incuti et experiri potest ꝺ quoscūq; etiā cōtra eos q̄ de iure torq̄ri nō possunt aliqua de cā vt infra lati⁹ dicetur in vj. q. vel q̄ñ deficerent indicia ꝓpter que torqueri deberet vel qualibet alia iusta de causa ad torturā deueniri nō potest ad istum gradum deueniri poterit ꝑm Bald. in. d. l. ij. in ver. quero q̄ñq; ꝛc. vbi

dicit

Source : BIU Cujas

dicit quod illi qui de iure torqueri non possunt poterunt bene ter reri, iste enim primus siue infirmus gradus torture nõ solet adhiberi robustis versutis atq; dolosis viris, sed debilibus timidioribus pusillanimis, atq; delicatis quoties contra ipsos militarent alique presumptiones et coniecture siue indicia leuia. ¶ Et licet interdum essent plura indicia, multoties tamen cum isto infimo gradu ab hominibus similis conditionis solet extorqueri confessio absq; eo qõ ad vlteriora procedatur, vt sepius expert⁹ fui in facto: de quo infimo gradu fit sepius experientia in robustioribus et magis cautis, quoties vt dixi non militant plena indicia, vide domi. Pari. de put. in dicto suo tract. de findica. in. c. aduertendum. et Bald. in dicta. l. ij.

4 ¶ † Secundus gradus torture est cum reus ligatus eleuatur modicum supra terram paulo momento detinetur, eleuatus ꝛ protinus deponit, vel cũ detinetur suspensus spacio dicendi Aue mariam, vel Pater nostrum, aut vnũ miserere, iuxta qualitatem facti ꝛ personarũ conditionem, deinde deponitur absq; aliquo impulsu quassatione vel tractu chorde, ꝛ hec dicit leuis tortura ad qnã deueniendum est quotiescunq; indicia quedam apparent aliqualiter probata ꝛ reus est magis suspectus. Indicia tamen ipsa non sunt plena satis ad inferendũ plenam torturam, puta si esset vnus testis de visu deponens: tamen non esset omni exceptione maior vel duo testes de auditu ab alijs: non autem ab ipso reo et similes presumptiones vel indicia non plena precedente tamen suspitione contra personam ipsius rei vt proxime dixi. ¶ Et ista est illa leuis tortura, de qua loquitur Bald. in dicta. l. ij. C. quorũ appella-

5 tio. ꝛc. vbi dicit † qõ quemadmodum leuis febricula non dicitur febris et infirmitas talis que prestet impedimentum ad comparendum, sicut est vera febris, que hominem sternit, vt. l. ob que vitia. §. fina. ff. de edil. edic. ita ista leuis tortura non dicitur tortura siue tormentum ex quo causetur dolor mentis ꝛ corporis cruciatus, sicut in tortura ordinaria. ¶ Et nota quod est magni effectus ista doctrina, ex qua infertur quod quotiescunq; contra reũ militant legitima indicia ex quibus de iure quis torqueri potest si fuerit semel isto modo leuiter tortus non obstabit, quo minus possit iterum grauius torqueri ex eisdem indicijs: et tunc secunda vice dicetur competenter tortus, nec propterea reus conqueri poterit qõ fuerit repetitus in tortura absq; nouis indicijs, iuxta ea que habẽtur in. l. repeti. ff. eodem titu. de questioni. quia ista non dicit proprie repititio, ex quo prima non fuit habita p tortura, per ea que supra diximus, ita etiam sentit Barto. in. l. finali. et. l. repeti. ff. de questioni. et Bald. in dicta. l. ij. C. quorum appellatio. ꝛc. Angel. de aret. in dicta glo. fama publi. in versi. quid si aliquis fuit tortus sed leuiter ꝛc. Hippol. marsil. in dicta. l. j. in princi. et. l. repeti. Paris de put. in. d. trac. in. c. sequitur modo. Franci. brun. Sand. ꝛ ceteri docto. in locis supra notatis.

6 ¶ † Quidam tamen dixerunt arguentes ex dicta doctrina Bald. de qua supra quod illi etiam qui aliqua ex causa vel priuilegio torqueri non possunt, poterunt tamen tormento istius secũdi gradus supponi absq; periculo ex quo ista leuis tortura non dicitur tortura sicut leuis febricula non dicitur febris. dicta. l. ob que vitia. ¶ Ego tamen de verirate istius dicti alias dubitaui, nec videtur esse bona consequentia de leui febricula ad leuem torturam: quia est diuersa ratio in vno quam in alio. ibi enim in dicta. l. ob que vitia excusatur a comparendo in iudicio ille qui propter febrim est impeditus, et non potest ambulare foris: quia non exit de lecto, nec de domo, is vero qui patit quartanam febrim, aut aliam leuem febriculam quam non curat nec propter illam remanet quin vadat foris per omnia loca saltem in

7 ciuitate. † Ex quo enim vadit per vrbem sicut vadit per alia loca, ita venire potest ad curiam et coram iudice: quia ratio illa impedimenti de qua in dicta. l. ob que vitia. in princi. cessat in eo qui patitur leuem febriculam, ideo in eodem cessat legis excusatio, sed hic in leui tortura fieri non potest, quod corpus non torqueatur nec patiat aliqualem dolorẽ, licet sit leuis dolor, dolor est, ꝛ inferat iniuria dignitati, vel innocentie ipsius rei: quia tortura vt diximus supra eodem. titu. qõ. prima. est cruciatus quidam in corpore ꝛc. cũ igit per hanc leuem torturã inferat in corpore dicti rei aliqualis cruciatus: non potest dici nisi quod illa sit tortura ꝛ qõ ille sit tortus quamuis leuiter. ¶ Et ideo ego nunquam consueui ad gradum istum deuenire, nisi quando precedunt indicia et sunt bene probata: tamen sunt indicia aliquantulum remota a facto ꝛ persona esset vilis et ignota et valde suspecta de crimine, aut in respõsionibus suis variaret, et alijs huiusmodi suspitionibus precedentibus. l. de minore. §. tormenta. in fine. ff. de questionibus. et per Bald. in. d. l. secunda. Barto. in dicta. l. fina. ꝛ Panormi. in dicto c. cum in contemplatione. Si autem esset vir nobilis aut honeste familie ꝛ conditionis ad hoc non deuenirem regulariter, nisi precedentib⁹ legitimis indicijs ꝛ bene probatis iuxta nota. per Barto. in. d. l. fina. ff. de questio. et per alios in locis supra not. ¶ Confessio similiter facta in istis leuibus tormentis indiget ratificatione, sicut illa que est facta in plenis tormentis, vt supra diximus in precedenti gradu, ꝛ not. in. d. l. ij. C. de custo. reo.

8 ¶ † Tertius torture gradus est cum reus suspensus detinetur in tortura spacio dicendi vnũ Miserere vel duo, aut aliquantulum plus absq; tamen aliquo tractu vel impulsione chorde, que inferẽ ad maiorem cruciatum, et ad istum gradũ ascendet iudex quotiescunq; reus est magis de crimine suspectus ꝛ indicia contra ipsum tendentia sunt plene probata: delictum tamen non est de atrocioribus, vt est furtum modici valoris vulnus non letale, seu aliud crimen non capitale, vt. l. ij. et ibi Barto. ff. de public. iudi. vel quando delictum esset grauius et indicia magis aperta: persona tamen esset talis nobilis vel alias esset honeste familie ꝛ alias bone conditionis et fame et non assuetus in similibus commisceri cum quo mitius et magis temperate agendum esset non excedendo iudex istum gradum torture non credo q̃ posset reprehendi, argu. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milita. l. in seruorum. ꝛ. l. respiciendũ. §. delinquũt. ff. de pen. l. qd ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa. ꝛ l. testiũ. §. tu magis. ff. de testib.

9 ¶ † Quartus torture gradus dicetur quotiescũq; reus post elevationem diutius suspensus in tortura detinetur, vez per quartam tertiam mediamve partem vel duas tertias vnius hore aut per integram horam ꝑm grauitatem criminis suspitionem rei ꝛ vires indiciorum: quandoq; in ipso detentionis spacio adhibentur vnus duo aut plures ictus siue tract⁹ chorde ad maiores cruciatus inferendũ in corpore, maxime quando indicia sunt pregnantia. Reus est suspectus multum et habet membra robusta ꝛ crimen est graue ex se etiam q̃ ista omnia non concurrant, si tñ maior pars concurrit sufficit vel quoties scandalum non modicũ generaret vt est furtum magne rei sacre vel aliud turpe sacrilegium vel sacramentorũ abusus aut homicidiũ graue vel falsitas literarum apostolicarum ꝛ similia, et indicia vt diximus essent vrgentia et bene probata, vt puta vnus testis omni exceptione maior de visu ipsi⁹ facinoris deponens aut duo seu plures testes alia probantes indicia ꝛ circũstãtias necessarias ipsius criminis ꝑm quod latius declarat. d. Alber. Sand. in. d. suo trac. male. in ti. de presump. ꝛ indi. dubit. ꝛ indubi. Bart. in. d. l. j. §. fi. ꝛ. l. fi. ff. de qõ. Bal. in. l. milites. §. oportet. C. e. ti. idẽ Bal. in. d. l. ij. C. quo. app. ꝛc. Bal. Ang. ꝛ Salic. in. d. l. ea qdem. C. de accu. canoniste in. c. qualiter ꝛ qñ. eo. ti. ꝛ in. c. cũ in contemplatione. de reg. iur. in antiq.

10 ¶ † Quintus et vltimus torture gradus succedit, quod est istud, quotiescunq; post aliquam suspensionis detentionem et ictus siue tractus chorde si reus adhuc pertinax in eius negatiua insteterit et torturam huiusmodi spernere videretur pro grauiori cruciatu ad pedes ipsius rei torquendi subijciuntur pondera quedã pendentia vt sunt compedes ferrei, lorica aut aliud simile pondus, et cum pondere ipso suspensus detinetur vel ictib⁹ cruciatur, ꝛ istud est seuissimum genus tormenti, ꝛ dicunt docto. q scripserũt de hac materia, quod tunc corpus ipsius rei dilaniatur membraq; et ossa quodammodo dissoluuntur, ꝛ euelluntur a corpore. ꝛ hec dicit gra uior pena q̃ vtriusq; man⁹ abscissio, vt dicit tex. in auc. vt nulli iudi. §. quia vero, et dicit Cassiod. in lib. variarum epistolarum, vt refert domi. Pari. de put. in suo tracta. findic. in. c. tortura. el. ij. fo. cxiij. epistola. xlix. facilius est a te mortem expetere q̃ tormentorũ crudelia sustinere: inter supremas anhelatus angustias melius est perire quam viuere et detestabilis sensus penarum excludit dulcis sime salutis affectum, iste vltim⁹ gradus et modus torquendi per-

11 raro fit, ꝛ iudex haud facile ad illum deueniet, † nisi in certis casib⁹ et criminibus atrocissimis vt est heresis et crimine lese maiestatis euersionis status aut similis proditionis. vbi de totius patrie aut multorum salute tractatur, aut cum ageretur de ingenti assassinio enormissimo homicidio sacre persone vel de morte alicuius Cardinalis, seu alterius magni principis, vel contra maleficum aut mathematicum, in quibus criminibus nullum prodest priuilegium dignitatis, vt. l. si quis alicui. C. ad legem iuliam maie. et. l. et si excepta. C. de male. ꝛ mathe. l. manicheos. et. l. arriani. C. de heret. c. ad abolendam. eodem titu. et similibus. nec tunc etiam nisi indicia essent adeo clara ꝛ pregnantia, vt nil deesset nisi rei confessio, vt. l. milites. §. oportet. et ibi Bald. C. de questio. Bald. in. l. quisquis. C. ad legem iul. maie. ꝛ Bal. Ang. ꝛ Sali. in. l. ea quidẽ. C. de accu. Bart. in. d. l. fi. ff. de questio. et. l. j. §. fi. eodem titu. Pari. de put. in. d. tract. de findi. c. tortura. et. c. aduertendum ꝛ alios Modern. in

12 locis supra notatis. ¶ † Nonnulli tamen reperiuntur adeo terribiles ꝛ robusti qui nullum timent dolorem neq; cruciatũ aliquem sentire videntur in corpore etiam si mille tractibus quassarent, qõ pluribus modis, contingere solet. quidam enim robustitate corporis ꝛ brachiorum, alij vero leuitate qui leui pondere comprimunt, quidam alij membror⁹ agilitate quorũ brachia ex modica elevatione ex retro antea resoluũtur et supra caput directo tendunt adeo quod leuem aut nullum cruciatum sentire videntur, ꝛ ego als in facto habui. ¶ Quidam alij reperiuntur qui cum diabolicis sortile gijs et incantationibus malefice artis, de qua supra diximus late in. ij. lib. in. vj. ꝛ. vij. q. adeo corroborãtur in corpore vel sustinentur

Source : BIU Cujas

in aere aut graui sopore detinentur oppressi postꝙ sunt eleuati, vt nullum penitus dolorem patiant in corpore ⁊ hoc appellant quidam maleficiũ taciturnitatis siue insensibilitatis ex quo inducitur tutela quedã (vt aiũt) aduersus ipsam torturam qõ reus ipse nullum dolorem patitur de quo alias diximus. S. d. lib. ij. et ego alias pluries expertus sum in facto, vt infra dicam ⁊ a pluribus huiusce artis malefice magistris referri audiui q varijs modis ⁊ per diuersa malefica verba ⁊ instrumenta id expetunt ⁊ obtinent qõ qualiter fiat referre non expedit: quia fieri nõ posset absq; sacre christiane fidei euersione. ¶ †Dixit tñ Alber. magnus in lib. quem edidit de secre. nat. quod lapis quidam mesites nuncupatus qui orit ex ciuitate que dicitur mesis in partibus orientalibus contritus ⁊ aqua aut vino commixtus datusq; ad potandum illi qui torquendus est inducit insensibilitatem pene et cruciatus, vt refert Pari. de put. in. d. trac. findic. in. c. tortura. lo secũdo. ¶ Quidam alij dicunt verba que sequũtur, vcz, Imparibus meritis tria pẽdent corpora ramis. Dismas ⁊ Gestas in medio est diuina potestas. Dismas damnatur Gestas ad astra lenatur. Alij etiam dicũt verba pphete. Eructauit cor meum verbum bonum: veritatem nunꝙ dicã regi. Alijvero dicunt. quemadmodum lac beate gloriose marie virginis fuit dulce ⁊ suaue domino nostro Jesu Christo, ita hec tortura siue chorda sit dulcis ⁊ suauis brachijs ⁊ mẽbris meis. ¶ Quidam alij dicunt illa verba, que dominus noster Jesus christus dixit tempore passionis, videlicet a principio sue capture. Quẽ queritis ⁊c. vsq; ad extremũ vite et vltimum verbum. Consummatum est. ¶ Quidam alij dicunt. Jesus autem transiens per medium illorum ibat. os autem non comminuetis ex eo. Que quidem verba et coniurationes olim nõ putabam quicꝙ operari posse cõtra torturam, ⁊ plerisq; ridicula potius ꝙ credibilia esse videntur. at ego quia pluries vidi et expertus sum in facto primo Pisis dum eram assessor Magnifici domini Capitanei illius ciuitatis. deinde Rome dum essem auditor criminalium causarum Reuerend. Domini auditoris camere vbi †quidam fur sagacissimus et duplicis malitie reus contra quem erant examinati quindecim testes super diuersis indicijs magni furti cẽtum triginta septem ducatis auri, habens notitiam quod curia prefati domini Auditoris procedebat contra ipsum, anteꝙ personaliter compareret accepit nõnulla sortilegia contra torturam, quibus expertis iterum atq; iterum, videns qõ sufficiebant ad parangonem: quadam die dum ego essem in edibus turris noue ad examinandum quosdam alios reos, ille sponte veniens accessit ad me ⁊ se constituit in carceribus ipsis dicens, qõ vltro venerat ad purgandum indicia ⁊ notam infamie sibi illate, contra quem tamẽ necesse fuit deuenire ad torturam tot indicijs contra ipsum laborantibus: in qua dum erat eleuatus dormiebat capite cliuo, ac si iaceret in lecto absq; vlla penitus lamentatione, aut clamore, ⁊ ad tractus chorde erat tanꝙ statua marmorea qui dũ eleuabatur a principio dicebat quedam verba submissa voce, deinde silebat vt dormiens. statim ego suspicatus fui ne gestaret aliquod sortilegium siue facturam maleficam penes se aut ex illis verbis captaret aliquod suffragium, perquisiui quam diligenter per omnes partes corporis sui: demumq; reperij in capite sub scuffia, scilicet inter crines quẽdam paruam schedulam hec verba continentem, videlicet, ✠ Jesus autem transiens ✠ per medium illorum ibat. ✠ os non comminuetis ex eo. ✠ cum crucibus ita signatis, quam illico abstuli ab eo: qui licet illa sic ablata satis conquereret, nihilominus iterũ positus ad torturam, et eleuatus iterum illud idem sicut antea faciebat: ⁊ in principio ipsius eleuationis nonnulla verba submissa voce dicebat que percipere nunquã potui, nec quicꝙ confessus est. demum mutatis tormẽtis sub tormento taxilli subiectus fuit et similiter spernendo dolores nihil vnꝙ penitus cõfessus est, sed in sua negatiua semper audacius conualuit, adeo qõ necesse mihi fuit eo instante ab ingsitione eũdem absoluere et processum totum vna cum inquisitione aboleri mandare, nec est mirandum de absolutione huiusmodi. nam simi-
15 lis †casus et maior quoq; occurrit do. Hippo. de marsil. dũ erat officialis Illustrissimi Ducis Mediolani, vt ipse refert in. l. repeti. in. iiij. col. ff. de questi. nec dum est annus elapsus quod audiui aliũ Rome positum fuisse ad torturam ⁊ repetitis vicibus graviter cruciatum qui illa verba de lacte beate virginis Marie submissia voce dicebat et nullum dolorem pati, sed cuncta spernere videbatur et dormiebat sicut alius in tortura, adeo quod a tribus iudicibus presente procuratore fiscali examinatus nulla vnꝙ ab eo cõfessio extorqueri potuit, licet correus et criminis socius id fateretur expresse et illum in socium nominaret cuius processum vidi illumq; cognoui. ¶ Aliud exemplum quod similiter in facto accidit mihi Rome cuiusdam malefice mulieris, que anteꝙ eleuaretur in tortura verba quedam submissa voce dicebat, deinde eleuata silebat penitus velut mortua ⁊ nigrior apparebat in vultu carbone extincto oculos extra caput valde tremendos more illorum qui strangulantur emittens, et nihil penitus loquebatur boni neq; mali. ¶ Si nunc vellemus disputare de viribus ⁊ veritate dictorum maleficio-
rum taciturnitatis siu e insensibilitatis fieret ampla lectura, sed qr cupio breuiter me expedire hic nõ inferam, vide que late diximus
16 supra lib. ij. qõ. vj. vij. ⁊. viij. ¶ †Nonnulli tamen dixerũt quod aduersus istas coniurationes ⁊ maleficia taciturnitatis reperiuntur remedia quedam que diuersis precibus conficiuntur, ex quib⁹ dicunt qõ omnes ligature et maleficia huiusmodi dissoluuntur omninoq; pereunt et reus grauissima patitur tormenta et cruciatus in corpore ⁊ inter alia dicere solẽt verba illa Prophete, videlicet, Dñs labia mea aperiat ⁊ os meum annũtiabit veritatem. Eructauit cor meum verbum bonum dicam cuncta opera mea regi. Confundatur nequitia peccatoris perdes omnes qui loquuntur mendaciuz. Contere brachia iniqui rei ⁊ lingua maligna subuertetur. ex quibus verbis precibus et exorcismis dicũt maleficia ipsa resolui ⁊ reum mirabiliter cruciari. vide do Parid. de put. in. d. tract. findi. in. c. tortura. lo. iij. fo. cxij. et illum Silue. prie. in. d. tract. de strig. demon. mirand. lib. iiij. c. v. Super quibus tamen cogita: qr de virtute ipsorum remediorũ non possem qcquam certi attestari ex quo illa nunꝙ expertus fui, nec per aliũ experiri hactenus vidi.

Summarium.

1 ☞ Tortura in quibus causis ⁊ criminibus inferri possit.
2 Oratio indefinita equipollet vniuersali.
3 Judex distinguere non debet vbi lex non distinguit.
4 Processus sit summarius in leuibus criminibus.
Tortura de processu dicitur ad quam absq; indicijs legitimis non peruenitur.
Tortura quare in paruis criminibus non sit applicanda.
5 Persona grauis ⁊ honeste conditionis pro criminib⁹ leuibus torqueri non debet.
Persona vilis de leui crimine suspecta torqueri potest.
6 Persona vilis et pauper penam pecuniariam non potẽs soluere luere debet in corpore.

1 Quinto videndũ est in quibus †causis ⁊ criminib⁹ possit inferri tortura. dic quod generaliter in omnibus causis criminalib⁹ seu omnibus criminibus si precedant legitima indicia et veritas aliter haberi nõ potest. nam regula torture est affirmatiua ⁊ vniuersalis, vt habeť in. l. j. in prin. ff. de questio. ibi in criminibus seruandis ⁊c. ꝙis ab ea nullatenus sit inchoandũ examen, sed in casu necessitatis quotiescũq; vndicq; vrgent indicia ⁊ confessio veritatis aliter haberi non potest, nisi mediante tortura: tunc adhibenda est. d. l. j. in princ. ibi eñ dicitur in
2 criminibus seruandis ⁊c. †que oratio cum sit indefinita equipollet vniuersali. l. si plures. ff. de leg. iij. per Alex. ⁊ doct. in rub. ff. sol. matri. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obli. ⁊ Bal. in. l. nullum. C. de assel. hoc idem tenet Sand. in tract. malefi. in tit. de questio. et tormen. in princip. ver. incipiamus. Hippoly. de marsil. in. l. diu⁹. in princip. ff. de questio. Franci. brun. in tracta. de indic. ⁊ tortu. in iij. colum. versic. tertio principaliter quero ⁊c. Pari. de put. in tracta. findi. in. c. an in causa pecuniaria pri. col. ⁊ probatur per tex. in d. l. milites. §. oportet. C. eo. tit. inducendo hoc modo ibi enim dicitur non esse a tormẽtis incipiendum examen, nisi pluribus indicijs quasi certis ⁊c. ⁊ tunc demũ deueniendum erit ad qõnes si personarũ cõditio id requirit: qr sunt quedã persone ꝙ ex causa speciali torqri nõ possunt, vt. j. dicť in seq. q. ⁊ no. ibi dũ dicit, personarũ cõditio. et nõ dixit, qualitas criminis. quasi dicat qõ in criminib⁹
3 nulla fiat distinctio qualiacũq; sint: †qr vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. diem ferre. ff. de arbi. l. de precio. ff. de publi. cũ si. Contra hoc oppo. de. l. edictũ. ff. de questi. vbi dicit qõ qõnes non semper nec in omni causa ⁊ persona desiderari debent, sed cũ capitalia ⁊ atrocioza maleficia non aliter explorari possunt ꝙ per seruorũ qõnes efficacissimas ⁊c. ⁊ sic tex. ibi expresse inhibere videtur quod pro leuib⁹ criminib⁹ inuestigãdis nullatenus fit dãda tortura. Sol. verũ est qõ in leuib⁹ ⁊ puis criminib⁹ nõ est adiũgẽda plena ⁊ grauis tortura scõm gradũ excedẽs: leuis tñ tortura primi ⁊ secũdi gradus nõ vť excludi etiã in paruis criminib⁹. ar. l. ob q̃ vitia. §. fi. ff. de edil. edic. ⁊ p Bal. in. d. l. ij. C. quo. ap. ⁊c. Iz eñ hec solutio sit vera in se tñ non bene cõgruit illi legi q̃ loquit in alijs terminis, ⁊ ppterea dic qõ ibi loquit de tortura q̃ inferť in aliũ. s. in seruũ nõ in ipsummet reũ. rõ est, qr nõ ita facile deueniendũ est ad torturã seruor⁹ p inueniẽdis alienis criminib⁹ ex quo illi sunt innoxij criminis p̃dicti quã ipsiusmet rei de crimine suspecti. quã solutionẽ sentit etiã gl. in. d. l. edictũ. in ver. efficacissimas dũ soluit Prium
4 de. d. l. j. §. si qs vltro. ff. de qõ. Itẽ oppo. de. l. leuia. ff. de accu. †vbi in leuib⁹ criminib⁹ summarie p̃cedendũ est sine p̃cessu vel solẽnitate indiciali, sed tortura est de processu, nec ad illã deueniri p̃ot nisi precedentib⁹ indicijs ⁊ cã cognita ⁊ p̃cedente p̃nuntiatione interlocutoria ipsius indicis, vt dicit Bal. in. d. l. ij. idem Bal. in. l. si qs alicui.

alicui. C. ad legem iul. maiesta. Salice. in. l. fi. C. de questio. ꝛ Bar. in. l. fi. ff. eo. tit. Ang. de are. ꝛ alij ℳoderni practici in locis supra notatis. ꝛ Bal. in dicta. l. milites. §. oportet. ꝛ. l. ea quidem. Solu. dic quod plena ꝛ grauis tortura non est equum quod in paruis criminibus inferatur: quia maior pena esset in inquirendo quam in puniendo quod esset cõtra textum in. l. in seruorum. ff. de pen. sed illa territio seu leuis tortura non excedens secundum gradum nõ videtur esse prohibita in huiusmodi criminibus, maxime quando persona rei est vilis conditionis ꝛ valde suspecta de crimine illo, et ista potius dici potest quedam modica coertio ꝙ tortura ſm Bal. in dicta. l. ij. vel dic qõ ille tex. in dicta. l. leuia loquitur de alijs solennitatibus ipsius processus, videlicet de libello inscriptione ad penam talionis de solennitatibus probationũ publicationis processus, ꝛ alijs similibus terminis et solennitatibus, non autem de ista modica coertione sine qua veritas aliter haberi non potest, et
5 ita videtur sentire glo. in dicta. l. leuia. ¶ †Si autem esset persona grauis ꝛ honeste cõditionis, aut nobilis familie pro leuibus criminibus huiusmodi, non esset deueniendum ad aliquem actum torture quantũcunq; leuis ꝛ minime: quia ex ea videretur afferri iniuria dignitati siue nobilitati, ꝛ ideo bene dixit text. in. d. l. milites. §. oportet. C. de questio. ibi. si personarũ conditio id requirit ꝛc. et ita videtur sentire glo. in dicta. l. leuia. intelligendo de vilibus ꝛ suspectis personis, vt ibi. vide Bal. in. d. l. ij. et Barto. in. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. et Parid. de put. in dicto tract. findica. in. c. an in causa pecuniaria. vide. j. eodem titu. questio. vij. versicu. limita. in fi. ¶ Et propterea non videtur esse deneganda vili
6 persone, maxime quando esset persona suspecta. ¶ †Quia videmus alias qõ vilis persona et pauper qui propter inopiam nõ potest soluere penam pecuniariam luet in corpore per torturam et sic eo casu tortura ipsa datur pro pena, per hoc est regulare in omnibus publicis criminibus. l. j. §. fina. ff. de pen. vbi est not. tex. l. quicunq;. §. quod si. C. de seruis fugiti. et. l. si quis id. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. ¶ Vide Bar. in dicta. l. j. §. fi. qui dicit hoc esse regulare in vilibus personis. et ibi tradit pulchram limitationem ad regulam de qua in. l. in seruorum. ff. de pen. ꝙ quelibet pena corporalis minima ꝛc. vbi dicit qõ illud non habet locum in vilibus personis, sed in maioribus et honestis.

Summarium.

1 ☞ Persone omnes indistincte in criminalib⁹ causis an possint subijci torture.
2 ℳilites ꝛ decuriones torqueri non possunt.
3 Cõsuetudo est nulla quod milites aut decuriones torq̃ri possint.
4 Impuberes non debent torture subijci.
ℳulieres pregnantes non debent torqueri.
Serui non torquentur in certis casibus contra certas personas.
5 Senex cõfectus etate non subijcitur torture.
6 Senex confectus etate remanet sub regula affirmatiua torture.
7 ℳutus, surdus, cecus ꝛ furiosus ob impedimentum nature non subijciuntur torture.
8 Effectus cessat causa cessante.
9 Senex rarius ꝛ mitius torquetur robustis iunioribus.
10 Damnatus ad mortem an possit liberari si reipublice sit vtilis.

SExto quero an oẽs per-
1 sone †indistincte torqueri poterunt in causis criminalib⁹. dic quod sic regulariter, seruatis tñ de iure seruandis ꝛ precedentibus indicijs legitimis q: regula torture est affirmatiua, vt supra proxime dictum est. A tortura autem nemo dicit exemptus, nisi quatenus reperiat expressum, vt habetur in. d. l. j. in prin. ff. de questi. et d. l. milites. §. oportet. C. eo. ti. A qua quidem regula plures per-
2 sone excipiuntur que torqueri non possunt. ¶ †Quorum quidã sunt milites qui priuilegio militie ꝛ fauore reipublice torqueri prohibentur. d. l. milites. in princip. ¶ Secundo excipiuntur decuriones et eorum filij ac nepotes qui durante decurionatus officio ppter dignitatem officij torqueri non possunt. dicta. l. milites. ꝛ. l. decuriões. ꝛ. l. diuo marco. C. de qõ. ¶ Sed quero an hodie milites nostri tpis decuriones siue consiliarij habeant istud priuilegium, vt torqueri non possint. Barto. in. d. l. milites. dicit ꝙ gaudent illo priuilegio, vt torqueri non possint. idem tenet Ly. in. l. diuo marco. eo. tit. ꝛ Jac. but. in. d. l. milites. Sali. in. l. j. in penul. col. C. de iur. ꝛ fac. ign. in. d. l. decuriones. in fi. ℳuis dicat ibi quod hoc male seruatur de cõsuetudine in Lombardia eandem consuetudinẽ ꝙ non seruãtur ista priuilegia, ego vidi Rome sepe sepius seruari contrarium. Barba. tñ in apostil. ad Sali. in. d. l. diuo mar
